II *universitas, species, ordo, forma – Gattung, Rasse, Klasse, Art, Sorte, Gruppe, Form:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* **a** *spectat ad res:* **α** *corpor.:* Lex Baiuv. 4,19 si alicui scalam . . . eiecerit vel quodcumque -s ascensionis *eqs*. Otto Frising. gest. 2,21 p. 124,30 diversorum . . . tormentorum -a fabricantur. Chart. episc. Hild. II 354 p. 165,8 dedit *rector ecclesiae* nobis librum missalem in suo -e valde bonum. Trad. Weiss. app. II 7 p. 329,25 quod grossum sal minuto sali vel calce non misceatur, sed quodlibet in suo -e vendatur. *persaepe*. **β** *incorpor.:* Edict. Roth. 224,4 haec sunt quattuor -a manumissionum. Conc. Karol. A 16 ea -a trium homicidiorum. Wett. Gall. 14 inter cetera laetitiae -a levites ait: '*eqs.*' Ruotg. Brun. 44 p. 47,4 tria . . . -a esse confessionis. Alfan. premn. phys. 34,2 p. 120 est . . . inquisitio -s consilii. Gesta Trud. cont. II 3,6 p. 346,51 in meliorem, quam ante combustionem fuerat *manica*, . . . reformavit *abbas* novoque cooperiendi -e . . . eam cooperuit. Otloh. proverb. P 62 peccandi duo -a sunt: *eqs*. Trad. Garz. 71 p. 65,24 archiepiscopus . . . ex gratia et pietate sua omne -s dubii abstulit. *persaepe*. *v. et p. 677,43*. **b** *spectat ad animalia:* Lex Baiuv. 15,1 si quis caballum aut quodlibet animalium -s ad custodiendum . . . commendaverit. Arbeo Emm. 6 frutecta . . . omnium bestiarum atque ferarum -bus ornata. Poeta Saxo 4,239 nefanda lues pecudum -s omne peremit. Dipl. Conr. II. 156 ne quis . . . alicuius silvatici -is bestias agitare presumat. *persaepe*. **c** *spectat ad homines (angelum: l. 26; daemonem: l. 11):* **α** *in univ.:* Leg. Lang. p. 208,6 aut inerme -s *(sc. religiosorum)* aut in omnibus venerandum. Wett. Gall. 15 quod -s demonis erat mutum usque ad diem tricesimum. Conc. Karol. A 46B,28 quamquam plura sint -a monachorum *eqs*. Agius epic. Hath. 354 surrecturum omne -s h o m i n u m (Widuk. gest. 1,9 indomitum -s h. fore. 1,10 illud -s h. indomabile. *persaepe*). Waltharius 1067 me *(sc. Haganona)* -s infandum prohibet bellare parentum. *al. expressius de homine:* Ps. Plato quart. 2 p. 116,7 significat *philosophus* per '-s -um' hominem. **β** -s humanum *sim. i. q. homines, omnes gentes – Menschen(geschlecht), Menschheit:* Chart. Bund. 17 p. 22,7 (a. 765) in resurrectione h u m a n i -is (Hugeb. Willib. praef. p. 87,8 pro h. -is salute. *persaepe*). Froum. carm. 14,17 cursitet omne -s, cui lingue sufficit usus. Carm. de Frid. I. imp. 2034 mortale -s. *al.* **γ** *spectat ad officium vel negotium:* Walahfr. Mamm. 10,23 odit . . . Deus vitamque -sque magorum. Ekkeh. IV. pict. Mog. 2 principio rerum lux primo facta dierum, arida cum cęlis magnum -s et Michahelis. 332 -s omne sacrans Aaronis (gloss.: sacerdotii). Dipl. Frid. I. 827 p. 35,2 nullus prefectus . . . a panificibus vel a macellariis seu ab aliquo -e hominum in civitate rem aliquam mobilem . . . presumat . . . auferre. *al.* **δ** -s christianum, pium *sim. i. q. christiani – Christen:* Leg. Wisig. app. p. 44,34 ut . . . contra -s christianum agerent *Iudaei*. Walahfr. Mamm. 2,5 cum . . . lictores . . . pium sequerentur . . . -s. Hrotsv. Sap. 2,2 omne -s . . . diligo *(sc. Maria virgo)* christicolarum. Dipl. Constantiae 52 p. 167,2 quando christianum -s illucebat . . . in eadem *(Sicilia)* insula. *al.* **ε** -s gignentium *i. q. mulier(es) – Frau(en):* Syll. Sangall. 12,5,2 qui *(Deus)* plasmasti protoplastum et -s gignentium. **2** *locut.:* **a** (in) id -s *i. q. talis, istius modi – derartig, solcher Art:* Notker. Balb. gest. 1,28 p. 38,17 magistros et opifices omnium id -s artium advocavit *imperator*. Radolf. epist. 7 p. 49,16 eadem *(sc. de pedibus geometricis)* . . . Albino . . . auctore didici et alia perutilia id -s. Adam gest. 3,36 p. 179,9 pecuniam . . . dispersit *archiepiscopus* infamibus personis . . . et histrionibus et id -s aliis. Gesta Ern. duc. I praef. l. 42 dixit *satyrus:* '. . .' et multa in id -s. *persaepe*. **b** in, de -e *i. q. generaliter, omnino – im Allgemeinen, allgemein, völlig, ganz und gar:* Uffing. Ida prooem. l. 27 caeterum de -e stilus lineam hystoricae prosequitur veritatis. Chart. archiep. Magd. 389 ecclesiam . . . sub iustitia parrochiali . . . in -e esse. Honor. III. registr. 318 p. 239,38 concessit civibus in -e ius Gottorum. Albert. M. veget. 2,135capit. de figura florum in -e. *al.* **3** *res – Sache:* Leg. Wisig. 6,2,5 qui in hominibus vel brutis animalibus omnique -e, quod mobile esse potest, . . . maleficium . . . expleverint. **4** *?exemplar – ?Stück:* Carm. Cantabr. A 35,4,1 hi *(lupi)* minuentes numerum *(sc. pecudis)* ⌞per eius summam -um⌟ (peccus devorant tenerum *var. l.*) dant impares ex paribus et pares ex imparibus *(cf. Lexicon mediae et infimae Latinitatis Polonorum IV. 1975/77. p. 522)*.

B *gramm. et rhet.:* Radbert. corp. Dom. app. l. 833 hoc -s locutionis *(sc. 'desiderio desideravi')* in scripturis divinis nunquam nisi pro magno intellectu . . . ponitur. Anselm. Bis. rhet. 1,3 p. 110,13 hoc *(sc. ambiguitatis)* . . . dicendi -s . . . nobis oratoribus in nostris orationibus est fugiendum. Epist. Worm. I 3 p. 19,6 si cuncta sermonum -a meis nutibus servirent. Albert. Stad. quadr. 51 passivi -is R dempta. *al. v. et vol. III. p. 256,40. 289,71*.

C *metr., mus., math.:* Hraban. epist. 2a p. 383,34 qui *(metrici)* . . . metri -s et pedum regulam servant. Ps. Boeth. geom. 383 rationabilium . . . angulorum -a sunt tria, hoc est rectum, hebes, acutum. Mathem. var. Bubnov p. 285,29 quibus duobus -bus, magnitudini dico et multitudini, haec inest passio

[Weber]

contrarietatis, ut *eqs*. ANON. IV mus. 4,1 p. 65,12 distinguitur *inaequalitas* per quinque -a inaequalitatis, quae dicuntur multiplex, superparticulare *eqs. al.*

D *natur. et philos. i. q. universalitas – Gattung(sbegriff):* WALAHFR. hort. 285 vulgaris copia mentae multa et per -a et species diversa coloresque et vires (GODESC. SAXO theol. 22 p. 302,13 filius est de patre, non pater de filio, species de -e, non -s de specie. *persaepe*). ALBERT. M. incarn. 47 p. 222,13 -s dicitur multipliciter, scilicet subiectum et praedicabile. animal. quaest. 1,5 animal agreste et aquaticum differunt -e. *persaepe*.

III *sexus – Geschlecht:* **A** *gener.:* CHART. Bund. 17 p. 21,9 (a. 765) ullus de heredibus . . . meis tam virilis sexus quam foeminei -e ortus. ANNAL. Xant. a. 795 accepit *rex* . . . eorum *(Saxonum)* terciam partem in obsidionem -is masculini. *c. gen. inhaerentiae:* DIPL. Merov. I 131 p. 333,21 villa . . . cum terris, . . . peculiis utriusque -e sexsus (*item* FORM. Senon. I 42 p. 204, 16. *sim.* DIPL. Pipp. 1 p. 4,3 cum . . . gregibus . . . utriusque -is et sexus). **B** *gramm.:* AGOB. 18,8 l. 21 peccatum . . . in Hebreo -is masculini est, in Greco feminini, in Latino neutri. ERMENR. ad Grim. 18 p. 555,16 quando diversa -a simul ponuntur, per neutrum -s resolvuntur. OTFR. ad Liutb. 100 huius *(vernaculae)* . . . linguae proprietas nec numerum nec -a *(sc. linguae Latinae)* me conservare sinebat. *persaepe*.

genutenus *v.* genu *et* tenus.

***genuus,** -a, -um. (ingenuus) *ingenuus, liber – frei:* CHART. Sangall. A 101 (a. 783/87) ut ab hac die presenti sint -i *(sc. Liupnia eiusque filiae)*, tamquam si de ab ingenuis parentibus fuissent nati. *cf.* genuitas.

***geo,** gere. *(fort. subest* χέω; *cf. E. Gottschaller, Hugeburc von Heidenheim. 1973. p. 14. et B. Löfstedt, Der hibernolat. Grammatiker Malsachanus. 1965. p. 137sqq.)* grat(i)as gere *i. q. gratias agere – danken, Dank sagen:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,44 Deo ⌞gratas geo *(1,* gero *ed.)*⌟ (gratias ago *var. l.*).

geographus (giro-, gioro-, -afus), -i *m.* (γεωγράφος) *qui terram describit – Erdbeschreiber, Geograph:* HERM. CARINTH. essent. 2 p. 200,3 species *(sc. animalium)* . . . reperiuntur . . ., quales gir-fi (gior- *var. l.*) tradunt. p. 214,24 VI insulas Fortunatas gir-i tradunt. *ibid. al.*

geomantia, -ae *f.* (γῆ *et* μαντεία) *divinatio ex terra facta – Weissagung aus der Erde, 'Geomantie':* DECRET. Burch. 10,43 p. 840^{C} Varro . . . dicit divinationis quatuor esse genera: terram, aquam, . . . hinc -am, hydromantiam . . . dictam autumant. ALBERT. M. mem. 1,2 p. 100^{a},24 sunt . . . tales *(sc. speratívae)* scientiae necromantia et -a et alia huiusmodi. *ibid. al.*

***geomanticus,** -a, -um. (geomantia) **1** *adi. i. q. ad geomantiam pertinens – die Geomantie betreffend (usu subst.):* ROLAND. PATAV. chron. 12,2 p. 160,25 Mercurius deus sapiencie ponitur et septima domus sive in astrologicis sive in -is semper adversantibus assignatur. **2** *subst. masc. i. qui ex terra divinat – einer der aus der Erde weissagt, 'Geomant':* RYCCARD. chron. a. 1230 p. 170,31 (epist.) nobiscum *(sc. magistro Iohanne Toletano)* concordes sunt omnes astrologi et -i Toleti Hyspanie.

geomantis, -is *m.* (γῆ *et* μάντις) *qui ex terra divinat – einer der aus der Erde weissagt, 'Geomant':* THEOD. TREV. phys. 309 -is ex Ciclope (gloss.: id est terra), aeromantis ab orbe, aqua pollet ydromante, aether sed pyromante.

geometer (gio-), -tri *vel* **geometra** *vel raro (l.71)* **geometres,** -ae *m.* (γεωμέτρης) *form. gen. pl.* -rum: *l.65. metr.:* geŏ-: *l.70.71.* -mēt-: *l.69.70.71.*

agrimensor, artis geometricae peritus – Feld-, Land(ver)messer, 'Geometer': Ps. BOETH. geom. 1,1 quia . . ., mi Patrici, -um exercitissime, Euclidis de artis geometricae figuris . . . prolata . . . exponenda . . . suscepi. ANON. geom. I 4,60 p. 362,5 Eratosthenes philosophus idemque -a subtilissimus magnitudinem terreni orbis noscere volens. YSENGRIMUS 2,292 non est aptus gi-r in illis *(sc. agricolis)*, qui mediam iusto limite signet humum. 2,309 non sum gi-r. EGBERT. fec. rat. 1,1231 grammaticus, rhetor, -es. EBERH. ALEM. labor. 48 Euclidis libri . . . figuris pleni non assunt, quos -r habet. ALBERT. M. probl. det. 2 p. 50,47 non est sermo -ae cum non-geometra. *saepe. v. et l. 48.p.679,17.26.*

geometria, -ae *f.* (γεωμετρία) *doctrina geometrica, ars (agri) mensurandi – (Feld-)Messkunst, 'Geometrie':* **1** *proprie:* ALCUIN. epist. 308 p. 471,28 fertur Pythagoram ordinatis interrogationibus puerum quendam de -a (geometrica *var. l.*) magis docuisse quam discere, quid ab eo velle. GREG. CAT. chron. II p. 201,1 (chart.) concessimus *(sc. episcopus)* . . . terrę iuxta -ę rationem modia mille. TRACT. de divis. phil. p. 37,4 mathematica . . . dividitur in astronomiam, -am, musicam, arithmeticam. ALBERT. M. bon. 421 p. 225,1 astrologia et -a et aliae scientiae proficiunt ad prudentiam. *saepe. v. et p.679,49.* **2** *alleg. et per prosop.:* CARM. Cantabr. A app. 2,23,3 quarum *(artium quadrivii)* prima ceterarum mater arithmetica . . ., tercia -a. HONOR. AUGUST. anim. 7 sexta civitas est -a, per quam inquiritur patria. *v. et p.679,8.* **3** *meton.:* **a** *de libro -am tractante:* GERB. geom.$^{tit.}$ incipit -a Gerberti. ANON. IV mus. 4,1 p. 65,3 prout in -a Euclidis . . . habetur. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 85,26 sicut in -a legitur: *eqs.* **b** *forma – Grundriss:* REIN. LEOD. Regin. 10 illa Laurentianae *(i. ecclesiae S. Laurentii)* terminalis arbuscula -e muro inclusa est.

geometrica *v.* geometricus.

***geometricalis,** -is. *script.* gem-: *l.35. qui ad artem (agri) mensurandi spectat, geometricus – die (Land-)Vermessung betreffend, zur Geometrie gehörig:* **1** *in univ.:* SYLL. Bern. 5,110 -i iure hęc collatio fit, ut *eqs.* GERB. geom. 2,5 quaecunque rationabiliter metienda proponuntur, -i theoremate ducatu rationis mensurantur. PETR. DAM. epist. 28 p. 251,17 Eucliden perplexis -ium figurarum studiis incurvum . . . declino. RUP. TUIT. trin. 4,18 l. 892 Moyses . . . cubitos -es computasse credendus est. *saepius. v. et l.45.p.679,21. usu subst.:* ALBERT. M. cael. hier. 4 p. 69,32 nihil intelligitur sine proprio lumine, sicut -ia per principia geometriae. **2** mensa, tabula -is *i. q. tabula calculatoria, abacus – Rechenbrett, Abakus:* Ps. BOETH. geom. 379 tempus est ad -is (gem- *var. l.*) mensae traditionem . . . venire. MATHEM. var. Bubnov p. 250,7 vocatur . . . abacus mensa -is. p. 285,10 cur differentia in -i tabula, id est in abaco, ponatur.

adv. ***geometricaliter.** *secundum geometriae rationes – den Regeln der Geometrie entsprechend:* ANON. geom. I 3,10 quin . . . perpendiculo aequipendium appendatur, quod -r institutum ad mensuram paratur.

***geometrico** (-izo), -are. *secundum geometriae rationes agere, dimetiri – nach den Regeln der Geometrie verfahren, vermessen:* LAMB. ARD. hist. 152 p. 640,34 quem . . . geometricalis operis magistrum . . . non tam in virga quam in oculorum pertica -antem . . . non delectaret aspicere? ALBERT. M. cael. 4,1,1 p. 246,36 geometer . . . -ans secundum actum non indiget extrinseco doctore movente ipsum. eth. II 10,1,9 p. 616^{b}, 10 delectati in eo, quod est -zare, magis inquirunt singula et intelligunt, quae ad geometricam pertinent. *ibid. al.*

geometricus, -a, -um. (γεωμετρικός) *script.:* dyo-: *l.61.* gyo-: ALBERT. M. animal. 2,43. 16,20. 139. geum-: *p.679,15.*

1 *adi.:* **a** *ad artem (agri) mensurandi referens, ad geometriam pertinens – der (Feld-)Messkunst zugehörig, die Geometrie betreffend, geometrisch:* GERB. geom. 6,7 p. 94,2 unam inter eos *(tetragonos)* -am medietatem . . . invenire (ANON. IV mus. 4,1 p. 64,13. *al.*). RUP. TUIT. trin. 40,1098 -ae disciplinae multa sunt in scripturis sacris vocabula. HERM. CARINTH. essent. 1 p. 96,2 -a demonstratio. ARNOLD. SAXO flor. 1,2,18 invenimus ratione dy-a, rotunditas terre est viginti quatuor milia miliaria (*sim.* ALBERT. M. caus. element. 1,2,3 p. 66,26 ratione -a). WILH. ANDR. chron. 55 p. 708,9 cum . . . virgula -a lapides metiens . . . ipse laborabat *Wilhelmus abbas. persaepe. v. et p.677,65.679,56.* **b** *artis (agri) mensurandi peritus – der Geometrie kundig:* ALBERT. M. cael. 1,4,6 p. 90,97 laborat vir -us ad producendum isoscelem *(sc. triangulum)* sub ratione trianguli (*sim.* metaph. 1,2,10 p. 27,64 'vir -us' [*p. 983^{a},20* γεωμετρικός] sciens causam 'non mirabitur, si diametrum non fiat commensurabile' lateri quadrati). **2** *subst.:* **a** *fem. i. q. ars (agri) mensurandi, ars -a – (Feld-)Messkunst, Geometrie:* **α** *proprie:* IONAS BOB. Columb. 1,3 p. 156,8

quem *(laborem)* . . . desudaverat in grammaticam, rhetoricam, -am vel divinarum scripturarum seriem. DUNGAL. (?) carm. 20, 5,1 qui cupiat formas, quas dat -a, nosse. ERMENR. ad Grim. 7 physica dividitur in arithmeticam, . . ., medicinam, -am, musicam. HROTSV. Pafn. 1,7 quid est hoc, quod dicis quadruvium? :: arithmetica, -a, musica, astronomica. *al. v. et p. 678,6. 51. per prosop.:* SYLL. Sangall. app. 5,51 adveniens G-a virgo (*in marg.:* geometria) perita connumerat loca aetheris atque soli. **β** *meton. de libro geometriam tractante:* COD. Karol. 24 p. 529,21 direximus *(sc. papa)* . . . praecellentiae vestrae *(sc. regis)* . . . libros . . ., id est . . . Dionisii Ariopagitis -am, orthografiam, grammaticam. **b** *masc. i. q. artis (agri) mensurandi peritus, agrimensor – der Geometrie Kundiger, Geometer, Feld-, Land(ver)messer:* GLOSS. med. p. 41,23 maxime fit haec passio *(sc. mania)* . . . multum legentibus . . ., grammaticis, geu-is, calculatoribus. GERB. geom. 2,5 quae *(crassitudo)* . . . altitudo a -is (geometris *var. l.*) vocitatur. COSMAS chron. 1,2 p. 5,12 secundum -os Asia nomine sub suo dimidium mundi obtinuit et dimidium Europa et Affrica. LAMB. ARD. hist. 57 misit . . . Henricus castellanus . . . -os et carpentarios . . ., ut locum cum geometricalibus particis (*leg.* perticis) ambirent. *persaepe*.

adv. **geometrice.** *secundum geometriae rationes – den Regeln der Geometrie entsprechend:* ALBERT. M. summ. creat. II 2,81,1 p. 658b,29 si volumus sequi probationem Almagesti -e inventam . . ., diameter mensurae terrae erit sex millium *eqs.* top. 8,2,6 p. 513a,25 oportet geometram disputare -e. *al.* Ps. AVIC. anim. 6 capit. p. 168 in decimoquinto capitulo . . . agit de vasis -e.

***geometrizo** *v.* *geometrico.

***geometro,** -are. *dimetiri – vermessen:* THEOD. TREV. phys. 296 natura subministret hoc, vel res -et.

georgica (gio-, geho-, -rica, -ia) *subst. neutr. plur.* (γεωργικά) *gen.* -on: *l.37.39. adde* ERCHANB. gramm. p. 89,12.

carmina de agricultura composita – Dichtungen über den Ackerbau, 'Georgik': ALDH. ad Acirc. 10 p. 83,2 qui *(versus)* . . . sex pedibus dactilicis constant . . ., sunt bucolica et -a (gi- *var. l.*). ERCHANB. gramm. p. 21,14 Virgilius scripsit -on (gehoricon, georgion *var. l.; sc. libros*). CATAL. biblioth. Lauresh. p. 165,23 eiusdem *(Severi episcopi)* -on libri IIII. COLLECT. Teg. 15 tres . . . aiunt stilos orationis . . .: humilem, ut in bucolicis, mediocrem, ut in -ricis, grandiloquum, ut in Eneidos. CATAL. biblioth. A IV 6,117 bucolica et -rica Virgilii. *saepe*.

***georgius,** -i *m.* (*cf.* γεωργός) *agricola – Bauer:* PRIMORD. Windb. 3 p. 561,44 repperimus eum *(Engilmarum)* natione fuisse Baioarium, genere et opere -um, hoc est terrae colonum.

***geosophia,** -ae *f.* (γῆ *et* σοφία) *ars agri mensurandi – Feldmesskunst:* ALBERT. M. metaph. 3,2,3 p. 117,70sqq. 'in hoc solum differt geometria', mathematica, 'ab' ea, quam vocant '-am (*p. 997b,26* γεωδαισίας)', hoc est scientiam mensurae agrorum: 'quia haec . . .', quam vocant -am sive scientiam sapienter areas mensurandi *eqs. ibid. al.*

***geosophicus,** -a, -um. (geosophia) *ad artem (agri) mensurandi referens, ad geometriam pertinens – der (Feld-)-Messkunst zugehörig, die Geometrie betreffend (usu subst.):* ALBERT. M. metaph. 3,2,3 p. 118,10 sicut ibi ratio geometrica ponitur circa -a.

1. *gera, -ae *f.* *(theod. vet.* gêr; *v. Lexer, Mittelhochdt. Handwb. I. p. 869) ager cuneatus – spitz zulaufendes Stück Land (de re v. Dt. Rechtswb. IV. p. 253sq.):* CHART. Westph. II 276 p. 60,10 (a. 1150) una -a inter duas vias.

2. gera *v.* 1. glarea. **3. gera** *v.* hieros.

gerachidem, gerac(h)ites *v.* hieracitis.

[gerachyo *v.* chrysophrys.] ***geracis** *v.* hierax.

***geranius,** -a, -um. (γέρας) *?funebris, funeralis – ?zum Leichenbegängnis gehörig, Leichen-:* AETHICUS 80a multa proelia et bella civilia vel -a ludicra in ea suburbana perpetrata sunt *(cf. notam ed. p. 273sq., sed cf. ed. Prinz p. 196,10 c. nota)*.

gerarcha *v.* hierarcha. **gerarc(h)ia** *v.* hierarchia.

geraticum *v.* hieraticus.

***geraus** *subst.* (γεραοῦ πώγων) *Tragopogon porrifolius (L.) – Haferwurzel, Bocksbart (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. IV. p. 734):* RECEPT. Sangall. I 107 ad lumbricos: -s et absenti ius ieiunus bibat.

***gerba** *v.* *garba. ***gerbagium** *v.* *garbagium.

***gerbaria** (gereb-, -beria), -ae *f.* (1. garba; *cf. D. Vitali, Mit dem Latein am Ende? 2007. p. 495) vectigal messis (manipulis colligatae) – (in Garben gebündelte) Ernteabgabe:* CHART. Laus. 76 p. 113,2 (a. 1180) Richardus . . . et filii eius . . . dederunt . . . Sancte Marie Lausannensi universam -eriam (*corr. ex* -eberiam) in villa. 501 p. 434,25 in nullo hominum nostrorum habet -am familia sua *(sc. praepositi)*. CHART. Bern. III 73 p. 75,10 quod *(ius servitii)* in . . . caponia, -eria, iuridicione . . . habebat *comes*. *cf.* *garbagium.

***gerbea** *v.* *gerbum.

***gerbercista** (gir-), -ae *m.* (Gerbertus) *discipulus arithmeticae – Rechen-, Mathematikschüler:* MATHEM. var. Bubnov p. 291,10 dic tu, gi-a, quot porci impares . . . occidendi sunt. *cf.* abacista.

***gerbidus** (servi-), -a, -um. *(cf. ital.* gerbido; *v. Battaglia, Dizionario. VI. p. 697) incultus, dumosus – unbebaut, mit Gestrüpp bewachsen:* DIPL. Otton. III. 54 p. 459,27 (spur.) aliquantula terra -a cum frascario in Matricule . . . iacente. *subst. neutr. i. q. ager incultus, dumosus – unbebautes, mit Gestrüpp bewachsenes Land:* DIPL. Conr. II. 69 p. 87,5 cum pratis, vineis, terris cultis et incultis, -is (servidis *var. l.*), silvis.

***gerbum** (hie-, ie-, ze-), -i *n.* (-ea, -ae *f.: l.38.*) (*cf. ital.* gerbo; *v. Wartburg, Frz. etym. Wb. IV. p. 125 s. v.* gerwo-) *acc. pl.* -os: *l.34. ager incultus, dumosus – unbebautes, mit Gestrüpp bewachsenes Land:* DIPL. Otton. I. 374 p. 514,11 omnia . . . concedimus . . . una cum . . . pratis, pascuis, z-is, montibus (*inde* DIPL. Heinr. III. 70 p. 94,27 -is [z- *var. l.*]). ACTA imp. Stumpf 326 p. 464,13 ipsum hi-um seu paludem transiens tendit *(sc. terra)* ad secundum terminum. 399 p. 560, 20 civitas *(sc. Laudensis)* habeat z-os et pascua (*inde* ACTA imp. Winkelm. I 200 p. 179,34). DIPL. Conr. II. 289 p. 409,1 (spur.) cum . . . pratis, -is, pascuis, silvis. *saepe. remissius i. q. ager – Land(stück):* ACTA imp. Stumpf 193 p. 269,15 (dipl. Heinr. VI.) concedimus . . . -eas c u l t a s e t i n c u l t a s (DIPL. Conr. II. 283 p. 394,27 [spur.] donamus . . . curtem . . . cum i-is cultis et incultis [*item* p. 395,24]. *al.*).

***gerda,** -ae *f.* (*theod. inf. vet.* garde; *cf. Mittelniederdt. Handwb. II. p. 16) mensura quaedam terrae – ein Flächenmaß, Rute, 'Gerte' (de re v. Dt. Rechtswb. IV. p. 399sq. s. v. 'Gerte'):* CHART. Traiect. 1783 (a. 1270) mansum unum integrum de XXV -is . . . ecclesie de Steenwijk contuli *(sc. miles)*.

***gerebotanum** *v.* hierobotane. **gerelus** *v.* gerulus.

1. gerens *v.* gero. **2. *gerens** *v.* *guarens.

***gerfalc(h)us** *v.* *girofalcus.

***gergancus, *gergozus** *v.* *girguncus.

gericinus *v.* ricinus.

1. *gerla, -ae *f.* (*cf. theod. vet.* gerhilla) *pastinaca sativa L. – Pastinak (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. III. p. 592):* HILDEG. phys. 1,196 capit. p. 59 -a. 1,196 -a . . . sicca est; . . . qui infirmam cutem in facie habet . . ., -am accipiat *(v. notam ad locum ed. Riethe p. 340)*.

2. *gerla (ie-) *vel* ***gerlata,** -ae *f.* *(francog. vet.* jarle, gerle; *cf. Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. IV. p. 1587 et DEAF J p. 152sq.) dolium, lacus – Fass, Bottich, Zuber:* CHART. Laus. 451 (a. 1220) concesserunt *(sc. capitulum)* Vuulelmo . . . duas vineas . . . ad terciam -tam vel ad medietatem vini clari (*sim.* 452. 481). 466 p. 403,12 Buemus . . . et nepos eius habent quartam partem et debent inde terciam i-am et decimam. *ibid. al.*

germana *v.* germanus. **germandrea, -ia** *v.* chamaedry(o)s.

germane *v.* germanus. **germanetas** *v.* germanitas.

germanicus, -a, -um. *fraternus – brüderlich (in imag.):* EUGEN. VULG. syll. 21,3 hinc bifidus torrisque manat -us amnis.

germanitas, -atis *f.* *script.* -net-: *p. 681,12. fraternitas, necessitudo, caritas fratrum – brüderliches (geschwisterliches) Verhältnis, Brüderlichkeit:* **1** *proprie de hominibus*

consanguinitate coniunctis, propinquis: CAPIT. reg. Franc. 3,16 p. 7,27 inter nos *(sc. Childebertum et Chlotharium reges)* -is (germanos fratres *var. l.*) caritas ... custoditur. ALDH. ad Acirc. 2 p. 68,2 a nefando Abimelech tyrannide ... consanguineae -is i u r a ... rumpente (LAMB. HERSF. annal. a. 1071 p. 123,6. *al.; sim.* REGINO chron. a. 866 p. 90,8 -is ac consanguinitatis foedera). *al.* **2** *translate de hominibus consanguinitate non coniunctis, e. g. monachis sim. i. q. confraternitas, (fraterna) caritas – brüderliche (geschwisterliche) Verbundenheit, (Bruder-)Liebe:* CONC. Merov. p. 68,12 carnale consortium ... permutent *presbyteri et diaconi* germanitatis a f f e c t u (p. 158,3 -etatis a.). BONIF. epist. 31 reverentissimo fratri et spiritalis -is propinquitate conexo Bonifatius ... salutem. ALCUIN. epist. 16 p. 42,29 duplici ... -e concives sumus *(sc. Alcuinus ac rex eiusque optimates)*, unius civitatis in Christo ... et unius patriae indigene. ELIS. SCHON. vis. 1,1 p. 2,16 -is et dilectionis gratia. ALBERT. M. summ. theol. I 9, 41,2,2 p. 320,3 inter quos non est summa -s, non potest esse summa dilectio. *al.* *de rebus (usu philos.):* ALBERT. M. metaph. 3,2,10 p. 128,33 amantia se et habentia symbolum et -em conveniunt et diversa ab his separantur. 3,3,3 p. 142,25 -em vocat *Empedocles* habitudinem proximam primorum ad invicem. **3** *in imag. vel per compar.:* SIGEB. GEMBL. Theod. 9 ut ... hae duae ... sorores *(sc. ecclesiae Mettensis et Halberstadensis)* uno patre, una matre, una -e, uno gaudentes protectore oculis sponsi se aptarent. adv. Pasch. 4 (MG Lib. Lit. II p. 454, 15) ego *(sc. ecclesia Leodiensis)* ..., filia Romanae aecclesiae, condolebam Cameracensibus pro affectu -is. HUGO FLOR. tract. 2,1 (MG Lib. Lit. II p. 483,12) quas duas potestates *(sc. regiam ac sacerdotalem)* ... Dei sapientia ... quadam -e sibi mutuo sociavit. INNOC. III. registr. 1,502 p. 731,15 cum ecclesia Romana sit Antiochene plus ceteris quasi quadam -e coniuncta. **4** *meton. i. q. fratres, grex fratrum – (Ge-)Brüder, Bruderschar:* **a** *de hominibus consanguinitate coniunctis:* **α** *strictius:* ALDH. ad Acirc. 2 p. 64,10 Machabeorum generosa -is (-s *var. l.*) pignora *(spectat ad Vet. Lat. Macc. II 7,1sqq.)*. *abund.:* ALCUIN. epist. 113 p. 163,19 dum in procellosis fluctibus binas duorum fratrum -es *(i. Simonem Petrum et Andream ac Iacobum et Iohannem)* laborare aspexit *Christus (spectat ad Vulg. Matth. 4,18. 21)*. **β** *latius i. q. stirps, domus, familia – Sippe, Hausstand, Familie:* CHRON. Reinh. a. 1034 p. 520,14 Bertoldus comes ... cum sua -e in hodiernum diem perseverat. *de apibus:* ALDH. epist. 5 p. 490,12 velut quaedam contribula apium -s nectar fabre conficientium. **b** *de hominibus consanguinitate non coniunctis, e. g. monachis i. q. societas (religiosa), familiaritas – (geistliche) Gemeinschaft, Verbund:* **α** *in univ.:* ALCUIN. epist. 237 p. 382,27 si amico prodesse timuisti, quare non fratri et consocio -is tuae? EPIST. Teg. I 40 Gozpertus ... fratribus Eihstatensis aecclesie amandis quam uterinis christianę -is. WOLFHER. Godeh. I 19 p. 180,52 in qua *(ecclesia)* usque hodie -s monacharum Christo servit. 22 p. 183,47 ad quam *(synodum)* omnium Cisalpinorum praesulum -s ... invitatur (*sim.* ANNAL. Hild. a. 1036 p. 40,22 -s episcoporum). **β** *in allocutione honorifica:* ALCUIN. epist. 36 p. 78,3 placet mihi ... officia salutationis tuae *(sc. Eugeniae)* dirigere -i. *de persona ipsa:* EPIST. Wibald. 410 p. 540,7 gavisi sumus *(sc. rex)* tam de sospitate celsitudinis tuae *(sc. imperatoris Graecorum)* ... quam de tua erga -is nostrae coniunctionem affectione.

***germaniter** *v.* germanus.

germanitus *adv.* *fraterne, familiariter – brüderlich, freundlich:* THEOD. TREV. mirac. Celsi 15 cum ... ab ... monasterii patre ... -s satis essem susceptus. THEOD. AMORB. Bened. II 2 (ed. E. Dümmler, AbhBerl. 1894. p. 27,18) ut ... se diligentius caveant *(sc. fratres)*, -s admone. ORTL. chron. 2,2 p. 110,19 cunctos ... -s moneo, ne *eqs*.

germanus, -a, -um. *script.:* -ni(us): *p. 682,12. 66. 683,14. form.: sing.: gen.* -is: *p. 682,67. dat.* -i: *p. 683,16. ?abl.* -i: *p. 682,68. plur.: gen.* -(u)um: *p. 682,65. abl.* -ibus: TRAD. Frising. 438. *acc.* -us: *p. 682,62 (pro abl.). p. 682,64 (pro gen.). usu subst.: p. 682,43. 57.*

I *adi.:* **A** *consanguineus, fraternus, sororius, inter fratres usitatus – geschwisterlich, Geschwister-, brüderlich, Bruder-, schwesterlich, Schwester-, unter Geschwistern üblich:* **1** *proprie de hominibus consanguinitate coniunctis:* **a** *strictius:* **α** *in univ.:* ALDH. virg. II 1056 tres infantes -o foedere vinctos *eqs*. AGOB. 20,1 l. 7 ut inter eos *(filios imperatoris Ludovici)* -a fides et fraterna sinceritas ... perseveret. VITA Liutb. 7 ut eas *(sorores)* ... -a tuearis *(sc. Bernhardus)* dilectione. HELM. chron. 80 p. 149,26 ad quem *(abbatem Conradum)* sibi *(sc. Geroldo sacerdoti)* fuerat -us sanguis et amor. *al.* *remissius i. q. inter fratres exsistens – unter Geschwistern bestehend:* HELM. chron. 5 p. 13,14 qua *(tempestate)* -a (-ia *var. l.*) discordia maximos bellorum motus ... parturivit. **β** *ab eisdem parentibus genitus – leiblich:* BONIF. epist. 10 p. 13,31 ut f r a t r i illius *(monachi defuncti)* -o verbis illius testificans demandarem *(sc. monachus redivivus)*, ut *eqs*. (RUD. FULD. mirac. 3 p. 332,35. *saepe. v. et p. 462,40*). LEX Baiuv. 1, 12 ut matres filias atque s o r o r e s -as inter domorum suarum septa contineant (AGIUS vita Hath. 15. *al.*). *adde:* HUGEB. Willib. 3 p. 91,19 -i filii eius corpus patris eorum exanimem ... percipientes. **b** *latius de consobrinis:* SALIMB. chron. p. 351,25 habui in ordine fratrum Minorum -um c o n s a n g u i n e u m fratrem Iacobinum de Cassio *(cf. notam ed.;* p. 529,26 Hugo Rubeus, eius *[episcopi]* -us consanguineus, quia filii duarum sororum erant. *ibid. al.*). **2** *translate de hominibus consanguinitate non coniunctis:* VITA Amand. 13 (MG Mer. V p. 437,18) comites ... illius, qui eum -a fuerant caritate secuti ..., eum ... solum reliquerunt. GODESC. SAXO conf. p. 75,21 fraterna compassione ac -a simul dilectione. RATHER. epist. 7 p. 34,20 excipiantur -i ... episcopi. CONSUET. Rod. 103 hęc *(sc. est)* commilitonum -a societas, ut aliis militantibus alii instruantur ad pugnam. *al.* *iron.:* LUP. FERR. epist. 52 etiam paenitens suspectus mihi est *(sc. furiosus quidam)* et -a sanctitate usque ad fastidium satiamur. **B** *(arte) cognatus, similis, coniunctus – verwandt, ähnlich, verbunden:* **1** *gener.:* RADBERT. Arsen. 1,12 p. 40,37 quamvis ... carne essent *(sc. Wala ac Adalhardus)* fratres et -issimi fide et voluntate, moribus tamen ... dispares videbantur. OTTO FRISING. chron. 2 prol. p. 68,1 has *(sc. Babyloniam ac Romam)* ... -as esse civitates non solum ex hystoriographorum dictis ... conici potest. ALBERT. M. metaph. 1,3,11 p. 41,60 dicunt *(sc. philosophi quidam)* amorem esse unitivam quandam virtutem superiora moventem ad inferiorum providentiam, inferiora ... ad reverentiam superiorum et ad commanendum -a. **2** *math. (de figuris geometricis eadem proportione derivatis):* GERB. geom. 7,1 qui *(sc. duo tetragona)* ... coniunctione sui tertium tetragonum componant, cuius ... tetragonale latus ... podismi quantitatem ostendat ... una sibi invicem laterum proportione -i. **C** *familiaris, carus – vertraut, lieb, teuer:* GODESC. SAXO theol. 6 p. 150,3 quia scis *(sc. Deus)* eum *(peccatorem)* -issimum mihi, liberes eum. EUGEN. VULG. syll. 25,14 'gnosius' Grecus sermo est ..., significat ... plus quam dilectum et -issimum. *v. et vol. I. p. 169,38.* **D** *sincerus, nobilis – echt, edel:* HIST. Mosom. 1,7 p. 125,24 Ottho ... comes, Otthonum ... Romanorum imperatorum ... clarissima et -issima progenies. **E** *conveniens, aptus – (zu)treffend, passend:* EKKEH. IV. bened. I 1,166 -a (gloss.: communia) vacant tibi *(sc. Iohanni)* verba. carm. var. II 1,21 his *(sc. verbis superbis)* ... -a ... haud poterunt fore vana.

II *subst.:* **A** *masc. i. q. frater – Bruder:* **1** *proprie de hominibus consanguinitate coniunctis:* WILLIB. Bonif. 6 p. 26,10 gemini ... -i, Dettic ... et Deorulf. TRAD. Frising. 46a p. 75,16 pro genitore et genetricę et -us atque -as. FORM. Senon. I 23 p. 195,15 ut aliquid de rebus propriis meis extra consortium -us tuos *(i. -orum tuorum)* tibi *(sc. filio)* concedere deberem. HUGEB. Willib. praef. p. 86,12 incipit vita -uum (-num *p. corr. 2*) Willibaldi et Winnebaldi. 3 p. 92,2 illi duo -ii (-i *var. l.; iterum* p. 92,5). TRAD. Frising. 469 cum consensu -is sui. DIPL. Loth. I. 111 p. 260,26 pro nobis ac ⌞-i nostri⌟ (-o nostro *var. l.*). VITA Adalb. Prag. A 16 p. 143,21 qui *(Gaudentius)* ... sibi carne et spiritu duplex -us (*sim.* BRUNO QUERF. Adalb. A 30 p. 35,16). *persaepe. v. et p. 683,8. 43.* *plur. i. q. cansanguinei – Geschwister:* CHART. Bund. 347 p. 258,21 (a. 1161) Heinri-

[Weber]

cus una cum -is suis, videlicet Hermanno et Burchardo et Machthilda. **2** *translate de hominibus consanguinitate non coniunctis:* ABBO SANGERM. bell. praef. p. 77,7 eandem . . . ob gratiam, faustissime, noveris, -e, tibi hancce dirigi pagellam. p. 78,20 quod haud apud magistrum, saltem mereantur *versiculi* nancisci penes -um. CARM. Cent. 22 -e, mei . . . memorare ne cesses. CHART. Stir. I 552 p. 522,26 hii *(comites)* . . . nobilissime prosapie, carne pariter et affectu -i nobisque *(sc. marchioni)* sanguine proximi . . . predium . . . abdicarunt. *v. et p.682,70.* **B** *fem. i. q. soror – Schwester:* **1** *proprie:* LEG. Burgund. const. I 50,5 si defuncta non habuerit puella -am . . ., fratres sui heredes accedant. CONC. Merov. p. 26,7 si quis frater -am uxoris suae accipiat. TRAD. Frising. 44 p. 71,39 (a. 772) ego Alpun rem propriam . . ., quae in sorte contra -iam mihi contigerat . . ., trado (*cf.* 42 p. 70,2 contra -um meum). 65 p. 92,21 intercessor genitori matrique et -i adsistat *(ni spectat ad p. 682, 59sqq.).* CONC. Karol. A 34,11 de incestis coniunctionibus . . ., si quis fratris -am uxorem acceperit. THIETM. chron. 4,43 cesar . . . abbaciam dilectae suimet -ae . . . commisit. HIST. de exp. Frid. imp. p. 32,2 -a regis Alexii Maria cum suo marito . . . veneno extinctis. *persaepe. v. et p.682,62. vol. II. p. 1972,67. de Maria virgine (usu theol.):* ALDH. virg. I 40 p. 292,6 beata Maria . . ., nurus Patris, genetrix et -a Filii. **2** *translate de rebus:* **a** *in univ. (per prosop.):* ALDH. virg. I 7 p. 234,9 si sanctae virginitatis gloria angelicae beatitudinis -a creditur. CARM. var. III C 3,109 (MGPoet. V p. 646) rethorica soror et sua grammatica adstat, . . . et arithmetica -a geometrica atque. **b** *exemplum – Abschrift, Kopie:* CHART. Diess. 14 p. 124,18 (a. 1228) capituli sigillo . . . munitam isti *(sic)* carte obtinuit . . . abbas -am.

adv. **1. germane.** *fraterne, amice, cordialiter – brüderlich, freundschaftlich, herzlich:* **1** *strictius de hominibus consanguinitate coniunctis:* PRUD. TREC. annal. a. 852 p. 41,27 Karolus fratrem Hlotharium . . . fraterne suscipit, honorifice afficit, -e tractat. **2** *latius de amicis:* ADALB. BREM. ad Annon. (ed. W. Giesebrecht, Gesch. d. dt. Kaiserzeit. III. 1868. p. 1193, 37; a. 1067) neminem fore, qui vos -ius nobis et inter praecipua membra Christi familiarius amplectatur.

2. *germaniter. *fraterne, sicut frater (vel fratres) – brüderlich, wie ein Bruder (oder Brüder):* GODESC. SAXO theol. 19 p. 266,1 -r precor . . ., ut *eqs.* EKKEH. IV. bened. I 43,52 cespite iunguntur *(sc. Gallus et Otmarus)*, -r (gloss.: quasi duo germani) inde coluntur. *Weber*

germen, -inis *n. struct. c. gen.: epexegetico: p.684,24. inhaerentiae: p.684,11.19. adde* HROTSV. gest. 29. *confunditur c.:* geminus: ALDH. virg. II 167 *(a. corr.).* 1676 *(a. corr.).* ?gramen: *p.684,5.* semen: ALBERT. M. veget. 2,38 *(var. l.).* ?termen: *p.684,61.*

id quod progignitur – Keim, Spross, Trieb: **I** *proprie et in imag. (interdum alleg., e. g. l.58.p.684,24):* **A** *de rebus:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* **α** *gener. et natur.:* IONAS BOB. Columb. 1,13 p. 173,16 ne maturae messis spica in stipulam -e emisso periret. RADBERT. corp. Dom. 21,170 in hoc nostri *(sc. terreni)* -is vino castitas corrumpitur, ab isto *(Dominico)* . . . virgines procreantur. WALAHFR. carm. 47,4,1 postquam nulla meis *(sc. flagelli)* creverunt -a ramis, ferre minas Cereri fructumque refundere coepi. WALTH. SPIR. Christoph. II 4,222 benignarum concreto -e frugum. ALBERT. M. div. nom. 4,120 p. 215,16 potest congrue dici -n creatura sui creatoris. veget. 6,295 in ipsa *(radice)* est maior virtus -is eius *(cepae)* post semen eius. *persaepe. fort. huc spectat:* WANDALB. creat. mund. 234 torpentibus arvis tellus visa repente faeta et -e prompsit. **β** *alch.: v. p.686,4.* **b** *surculus, propago – Setzling, Zweig, (Pfropf-)Reis:* MAPPAE CLAVIC. 86 nitrum russum, alumen non satis purum, -a porrorum, marinos (?marmos) succo teris *(sc. ad vasa argentea tergenda).* WALAHFR. hort. 291 est aliud praepingue genus huiusce *(mentae)* frutecti, quod iam non parvi diffundat -is umbras. WANDALB. mens. 71 plantas . . . fecunda ex arbore lectas arboris alterius natus de -e cortex accipit. **2** *latius:* **a** *stipes – (Baum-)Stamm:* WETT. Gall. 27 quod crementum naturale negaverat, fides in absciso iam -e donaverat. HROTSV. Mar. 763 cum videas ramos magno de -e ductos astris contiguos celum pulsare. **b** *spectat ad os:* CARM. Augiens. 3,3 ossea . . . patulum producunt -a ramum. **c** *de summo monte i. q. vertex – Gipfel:* CARM. de Nyn. 37 conscendit . . . Alpes, . . . qua . . . aggeribus niveis cumulantur -a montis *(sed cf. notam ed., qui* gramina *ci. suspicatur).* **B** *de anim. (de Christo: l.17.24.28):* **1** *in univ.:* ERMENR. ad Grim. 36 p. 577,20 Rhenus . . . fertilitate sui nullis manet aequiperandus fluminibus, prestans piscosi -is agmen. HROTSV. Mar. 111 semper sterilis mansi *(sc. coniux)* sine -e ventris. 144. Agn. 279 qui *(natus)* decus omne suis et spes fuerat genitoris quondam felicis talis de -e prolis. BENVEN. GRAFF. ocul. B 27 p. 46,38 ova recencia, que nascuntur de gallinis albis, extrahantur inde -a pullorum *eqs. v. et p.686,12.* **2** *progenies, suboles, proles – Sprössling, Abkömmling, Nachkomme(nschaft):* ARBEO Emm. 40 p. 89,25 ut detur -n iustum in coniunctione, quia mulier non propter libidinem accipienda est. WALAHFR. hort. 419 o mater virgo, fecundo -e mater. WANDALB. martyr. alloc. 7 illi *(magni parentes, i. patriarchae et prophetae)* . . . corpore fortes condignae ac subolis -e fulti illustrant meritis saecula sanctis. martyr. 418 Simphorosa pio pariter cum -e caesa (*antea:* septena prole). GISLEB. ELNON. inc. 4,35 sic Deus antiquos antiquae legis amicos eligit: . . . Sara subest, saxum senio non -e laxum *(spectat ad Vulg. gen. 21,2).* METELL. Quir. 1,3 stirpis cesareę -n amabile. *alleg.:* FROUM. carm. 6,1 -is ęterni ramos hos *(sc. crucis)* vitis adornat, de qua *eqs.* **3** *origo, genus, stirps, gens – Abstammung, Geschlecht, Stamm:* WALAHFR. carm. 8,23 Florus *(sc. diaconus Lugdunensis)* florem sequitur de -e Iesse *(cf. Vulg. Is. 11,1).* POETA SAXO 5,279 Constantinopolis de -e nostri optabat Caroli nobilior fieri. *al.* WALTHARIUS 28 nobilis . . . Hagano . . . veniens de -e Troiae. DIPL. Otton. I. 158 p. 240,14 de illius *(Hoholt advocati)* -e fore disposuimus advocatum. CHRON. Thietm. 4,31 alto progenitorum -e puerulus. ANNAL. Quedl. a. 1021 p. 567,19 paciferum . . . heroum -n inclitum *(i. Saxones). persaepe.*

II *meton.:* **A** *planta – Pflanze, Gewächs:* WALAHFR. hort. 231 hoc -n *(i. ligusticum)* suco quamvis et odore gemellis orbibus officere et tenebras inferre putetur *eqs.* 332 ipsum *(apium)* . . . tenero cum -e (gloss.: stipite et frondibus) mansum concoquit errantes stomachi penetralibus escas. WILLIR. cant. 2,3 p. 65,16 -a silvarum pręcellit nobile malum. HERM. CARINTH. essent. 2 p. 174,4 -n est corpus animatum insensibile. VITA Meinw. 148 donec -n noxium, quod in altum excreverat, terrę coequaretur, per totum hortum eam *(uxorem villici)* trahi mandavit. *persaepe. de foliis floris:* WALAHFR. hort. 407 si quis nivei candentia -a fructus *(sc. lilii)* triverit. **B** *frux – Frucht:* ALDH. ad Acirc. 105,9 olidas hominum restaurans *(sc. ebulus)* -e fibras. CHRON. Sigeb. cont. a. 1147 (MGScript. VI p. 453,33) consumptis terrae -bus et deficientibus victualibus suis fame afflictis redit *Conradus rex.* **C** *seminarium – Pflanzstätte (in imag.): v. p.663,29.*

III *translate:* **A** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 8 p. 47,6 infecunda . . . divino -e litora . . . circuit. ARBEO Corb. 4 p. 193,18 ut . . . veram susciperent imbrem doctrinae et -n fidei protulissent *(sc. Israelitae)* Deo. HUGEB. Wynneb. 2 p. 108,15 -n in eo . . . frugiferum florere cepit v i r t u t u m (WALAHFR. Wett. 701. carm. 56,3). GERH. AUGUST. Udalr. 1,6 l. 28 ne virgulta malorum -um segetem Christi sibi commissam suffocare licentiam habuissent (*sim.* VITA Mahum. 261 malorum omnium -a invidia . . . et superbia. DIPL. Constantiae 3 p. 10,13 malorum). *al.* **B** *fructus – Ertrag:* CHART. Epternac. 103 (a. 789/90) quicquid . . . de heredibus meis michi obvenerit, cum omni -e (termine *a. corr. B*) suo, id est terris, domibus, edificiis, mancipiis *eqs.* (*sim.* 106 p. 174,4). FROUM. carm. 32,20 quos . . . docui, super hos decuit gratulari, et volui refici -e de studii. **C** *germinatio – das Hervorsprossen:* HERM. CARINTH. essent. 2 p. 154,11 que *(genitura)* . . . nichil aliud est quam universum hoc mundi -n. **D** *fons – Quelle, Ursprung:* Ps. PLATO quart. 2 p. 113,12 sedes animae rationalis est cerebrum, et est sicut -n lucernae in illo loco, cuius lumen penetrat in corpus.

[germenia *v.* hermenia.**]**

germinabilis, -e. *qui germinare potest – einer der keimen lassen kann, zeugungsfähig, fruchtbar (usu subst.):* ALBERT.

[Fiedler]

M. div. nom. 5,34 p. 323,42 'sol noster' . . . '⌊facit esse -a⌋ (*PG 3,824*[C] γόνιμα εἶναι ποιεῖ) per productionem ramorum et fructuum'.

***germinanter** *v.* germino.

***germinativus,** -a, -um. (germinare) *qui germinare potest – einer der keimen lassen kann, zeugungsfähig, fruchtbar (usu subst.: l.16):* HILDEG. div. op. 2,5,33[capit.] quod uterus ęcclesię instar cuiusdam terrę . . . ligna pomifera in robusta operatione perfectorum . . . germinet et iuxta semen laus fidei in successione credentium usque in finem -a sit. CONR. SAXO spec. 14 p. 455,16 quae *(anima humana)* ad modum terrae semper est -a sive utilium sive inutilium herbarum, id est cogitationum et desideriorum. ALBERT. M. veget. 4,100 horum *(sc. quaecumque valde subtilis substantiae sunt)* virtus -a est inferius et substantia cibalis superius. Iob 37,11 beneficio illarum *(stellarum)* virtutum fiunt *(sc. nubes)* -a. *usu subst.:* ALBERT. M. animal. 15,87 quod *(semen)* ut -um similis sibi producit planta.

germineus, -a, -um. *qui germinat, floret – aufkeimend, blühend:* CARM. de Lamb. 3,26 cuius *(matris Ecclesiae)* -am protraxit serpere prolem stercore componens *(spectat ad Vulg. Luc. 13,8).*

germino, -avi, -atum, -are. *form. adv. compar.: p.686,19. partic. perf. sensu act.: l.37. partic. praes. usu adi.: l.29.59. al. confunditur c.* terminare: TURBA phil. 12 p. 121,3.

I *intrans. i. q. germen emittere, florere – (hervor-, auf)keimen, sprossen, blühen:* **A** *proprie:* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* HRABAN. carm. 39,23,6 cuncta tibi *(sc. homini)* tradidi *(sc. Deus creator)* . . ., quae sunt . . . viventia ac terra -antia. RICHER. REM. hist. 1,2 quę *(Germania)* multarum gentium ferax a -ando nomen accepit. CHART. Hagenow. 71 p. 47,17 quicquid . . . ad se *(sc. matronam)* predii dono pertinuit cum agris et pratis, saltibus fructibusque ex his -antibus. HILDEG. scivias 2,1 l. 285 Deus in loco -andi (generabilium rerum *ed. princ.*) magnum splendorem rutilantis luminis plantavit. *al.* **b** *natur. et medic.:* Ps. GALEN. puls. (cod. Vr) 346 urina in febribus quasi fel -ta, alba et spumosa satis sanguinis detractos mortem significat. RECEPT. Bamb. 72 in singulas gavatas . . . meient *maritus et uxor*; tertia die, que -verint, ipse semen habet. ALBERT. M. phys. 2,1,3 p. 80,31 calidi motus est calefacere, et seminis motus est pullulare et -are. veget. 1,163 quaedam *(planta)* est silvestris . . . sine cultu et protectione -ans. *al.* **c** *alch.:* TURBA phil. 12 p. 121,3 aes assate, donec se ipsum -are (*gr. p. 192,4* ἕως συγγαμήσωσιν) faciat. 63 medicinis . . . naturam significant *invidi*, eo quod -at et florescit. **2** *generando propagare (sc. prolem sim.), pullulare – sich fortpflanzen, häufig vorkommen:* DIPL. Merov. I 81 in locis 'vastae solitudinis' . . ., in quibus caterva bestiarum -at. ALBERT. M. animal. 24,20 hic piscis *(i. carperen)* in aliquibus aquis -at et in aliquibus grassatur et crescit. **3** *abundare – (über)reich sein (an):* AETHICUS 61 terra exesis frugibus -antem, aquas amarissimas producentem. NOTKER. BALB. carm. p. 151 haec ipsa gaudent tempora floreque verno -ant, adventus *(sc. regis)* omni gaudio quando venit optatior. **B** *translate et in imag.:* **1** *gener.:* BONIF. epist. 75 p. 157,30 si radicem aliquam flagitiorum . . . in gente tua -are velle videas *(sc. archiepiscopus)*. HUGEB. Willib. 2 p. 89,3 in eo . . . spiritalis -bat sapientie virgultus. CARM. var. III A 6,6,107 -at ecclesia inmensis virtutibus aucta. OTTO FRISING. chron. 3,12 p. 149,16 haut dubium, quin propter ⌊-antia christianorum tempora⌋ (*cf. Oros. hist. 7,5,3* germina [Germania *var. l.*] temporis christiani) tam immanem tyrannum *(i. imperatorem Caligulam)* ab hac luce Dominus subtraxerit. gest. 1,4 p. 15,29 dictum *(sc. principis)* . . . tam efficaciter in mentibus plurium radicem figens -vit, ut *eqs.* (*sim.* 1,38). *al.* **2** *math. usu medial. i. q. (computando) effici – sich ergeben:* RHYTHMIMACH. 14,17 quodsi experiri libeat, quomodo <superparciens> -etur a superparticularibus, nil refert, quin idem tibi adcrescat numerus.

II *trans. i. q. proferre – hervorbringen:* **A** *proprie:* **1** *gener.:* COMPOS. Luc. H 30 omnia plantationum agralia et omnia, que -antur et domesticis et marinis. PAUL. DIAC. Lang. 1,1 tantos mortalium -at *Germania*, quantos alere vix sufficit (*sim.* HONOR. AUGUST. imag. 1,23). **2** *alch. i. q. vi generandi et crescendi instituere, fecundum reddere – keimen lassen, fruchtbar machen:* Ps. ARIST. interpr. p. 385 quinta essentia spiritus est, qui omnia vivificat et alterat et omne germen -at *eqs.* **B** *translate et in imag.:* RADBERT. corp. Dom. 21,170 felix fructus ubertatis, ex quo virginitas -atur (-antur, generatur *var. l.*). SEDUL. SCOT. carm. II 24,8 floridus ut palmes . . . uvas iustitiae -et *rex* atque novas. VITA Wern. Merseb. 1 p. 245,31 quasi flos quidam de stirpe nobilis parentelae prorumpens fructum salutis . . . et proventum multorum -bit *filia*. CONST. imp. III 225 p. 213,16 ut . . . ecclesie auctoritate suffulti *principes* velut germen electum per ipsorum electionem illum, qui frena . . . teneret imperii, -rent *(inde* 226 p. 215,18. *ibid. al.). al.*

adv. **germinanter.** *florenter, abundanter – fruchtbar, blühend, üppig, reichlich:* PETR. DAM. epist. 112 p. 277,4 ut eum *(adulterum)* . . ., quia presbyter fuerat, penes aecclesiam sepelirent, sed nullum . . . ymnorum . . . officium redderent, quatinus et incestis terror accresceret et castitatis gloria -ius pullularet.

***gernellus** *v.* *gornellus.

***gernobada** (genorb-, -boda) *subst.* (*cf. gall.* *grĕnnos, *francog. vet.* gernon *[v. Wartburg, Frz. etym. Wb. IV. p. 267sq.] et germ.* *barda) *barba (labri superioris) – (Oberlippen-, Schnurr-)Bart:* IOCALIS 512 scit bene murilegus, cuius genor-a (genorboda, granobota, granolata *var. l.*) lingit; sic et amicicias palpo cum divite fingit.

***gernobodatus,** -i *m.* (*gernobada) *pro cognomine i. cui barba (labri superioris) est, barbatus – der (Schnurr-)Bärtige:* LAMB. ARD. hist. 122 p. 620,30 genuit . . . Balduinus Grossus . . . Balduinum Luscum propter barbe prolixitatem dictum G-um. *ibid. al.* *Fiedler*

1. gero, gessi, gestum, -ere. *script. et form.:* ce-: *p.687,66.* ie-: *p.687,30.34.688,41.689,15.26. al. perf.: indic.:* iesi: *p. 687,34.* gessui *(cf. Stotz, Handb. 4,VIII § 117.3): p.688,1.* gesti (*i.* gessisti): VITA Landel. Laub. 194. 197. *coni.* geseris: *p.687,28. partic.:* gessarum: *p.688,32. abl. pl.* -ibus: *p.689, 23. fort. confunditur c.* festa: *p. 688,56. v. et vol. II. p. 939,44. pendent praep.:* contra*: p.687,18.* supra*: p.688,44. partic. praes. usu subst.: p. 688,17. 18. gerundivum usu subst.: p.687,23. coniunctim scribitur* vicesgerens: *p.688,17. 18.*

I *ferre, portare, habere – tragen, (mit sich) führen, haben:* **A** *proprie:* **1** *in univ.:* WALAHFR. Wett. 211 in manibus tormenta -ens *spiritus*. epil. 2,10 ut collecta seges -retur ad horrea Christi. WALTHARIUS 341 femina duxit equum nonnulla talenta -entem. 453 -erat et scutum . . . hastamque coruscam. STATUT. ord. teut. p. 46,31 ut sellas, frena et scuta auro vel argento . . . depicta absque necessitate non -ant *fratres. al.* **2** *de ornamentis (in imag.: l.51):* WALAHFR. Blaithm. 85 preciosa monilia secum virtutum . . . -ens. POETA SAXO 5,353 distinctum viridi gessit diadema smaragdo. WIDUK. gest. 1,5 ad nihil aliud istud aurum *(sc. torquem auream)* -o *(sc. adolescens). al.* **3** *de partibus corporis:* HUGEB. Willib. 1 p. 88,17 tenera corporis . . . -bat artus. *v. et vol. II. p. 870,68.* **B** *translate:* **1** *in univ.:* WALAHFR. carm. 30,10 quem *(igniculum)* tua *(sc. Heribaldi)* scripta -unt. AGIUS comput. 3,15 dextra *(sc. pars kalendarum)* -it numerum, quo debet luna requiri. 6,6 pars *(sc. paginae)* adversa -it titulos *eqs*. POETA SAXO 4,243 dirę signa -ens *pars pecudum* pestis. OTTO FRISING. gest. 1,9 vacuum . . . nomen ducis -ens *Berhtolfus*. URSO element. 4 p. 125,11 nec patris nec matris fetus -it effigiem. *al.* **2** *de affectibus sim. i. q. fovere – hegen:* HUGEB. Wynneb. 6 p. 111,4 zelum rectitudinis -bat in corde (*sim.* EIGIL Sturm. 4 -bat in pectore). WALTHARIUS 631 perpavidam gelido sub pectore mentem -erat *genitor*. OTTO FRISING. gest. 1,41 contra . . . Conradum regem indignationem -ens *dux. al. locut.* in animo, mente -ere *i. q. deliberare – überlegen, erwägen:* WILLIB. Bonif. 1 p. 5,14 patri . . . haec, quae in animo -bat, revelavit. DIPL. Heinr. III. 134 p. 169,41 archiepiscopus -bat in mente ecclesiam a fundo edificare. **3** *pati, tolerare – ertragen, leiden (an):* TRANSL. Viti 6 quae *(mulier)* oculorum caecitatem -bat. IORDAN. SAXO

[Orth-Müller]

I κλέος, *(bona) opinio, fama, auctoritas, honor, claritas – Ruhm, (guter) Ruf, Ansehen, Ehre, Anerkennung, Herrlichkeit, Pracht:* **A** *proprie:* **1** *usu saeculari:* **a** *in univ.:* **α** *de hominibus:* WALAHFR. imag. Tetr. 169 quamquam cura minor, tamen est tibi *(sc. Hludovico regi)* -a consors. WIDUK. gest. 1,9 p. 17,1 istis *(Thuringis)* ... pro ipsa vita pugnantibus, Saxonibus vero pro -a et pro terra adquirenda certantibus. CARM. de Frid. I. imp. 1953 laus et honor tibi sint, maneat tua -a semper. HELM. chron. 38 p. 75,5 licet numero pauci simus *(sc. Saxones)*, honoris tamen atque virtutis cupidi -am pro questu maximo duximus. *persaepe.* *in interpr. nominis:* BRUNO QUERF. fratr. 6 invento seniore, cui nomen Bolizlao erat, quod interpretatum 'maior -ę' sonat. PAUL. FULD. Erh. 1, 4 Erhardus, qui a '-a fortis' interpretari potest. **β** *de regnis sim.:* EINH. Karol. 16 p. 19,1 auxit ... -am regni sui. OTTO FRISING. gest. 2,30 p. 137,14 vis *(sc. legatio Romana)* cognoscere antiquam ... Romae -am? CARM. de Frid. I. imp. 2649 per quos *(patres)* ... -a Mediolani crevit. *al.* *de genere:* CONST. imp. II 54 p. 66,6 dignum duximus ... illos promovere, quos firma fides et -a alti sanguinis insignire videtur. **b** *notitia, celebritas – Bekanntheit, Berühmtheit:* BRUNO QUERF. fratr. 3 p. 39,8 talem -am habens *Iohannes* de uno oculo ceco, quem olim amiserat cecantibus variolis, quasi qui tres haberet pro uno. OTTO FRISING. chron. praef. p. 1,18 -am hanc, ne videlicet innocens tamquam reus puniretur nocensque ut innoxius pęnam effugeret, adeptus est *Assuerus.* **c** *locut.* -a est *(c. inf.) i. q. gloriosum, laudabile est – es ist ruhmvoll, rühmlich:* ADAM gest. 4,6 p. 234,6 tunc, cum dampnatus fuerit *(sc. Danus)*, laetum esse -a est. **2** *usu christiano:* **a** *in univ.:* **α** *de hominibus eorumque gestis:* WANDALB. martyr. alloc. 26 illos ... celsa venustat doctrinae et meriti -a magni, qui verbo ecclesiam ... instituere. HRABAN. carm. 81,1 inclyta sanctorum ... -a crescit ubique et meritum splendor fulget *eqs.* AGIUS vita Hath. 2 qui non maiori -a Christi servitio mancipati sunt, ... honestissimas nuptias sortiti sunt. ADAM gest. praef. p. 2,18 qui *(archiepiscopus Hammaburgensis)* decurso mundanae prudentiae stadio ad studium divinae philosophiae maiore -a nunc ascendisti. DIPL. Frid. I. 502 p. 432,30 ad dilatandam -am christiani nominis. *saepe. v. et p.734,37.* **β** *de rebus incorpor. (c. gen. explicativo):* WALAHFR. hort. 413 si -a pessum integritatis eat. EPIST. Col. 8 Hludowicus ... rex gloriosissimae filiae et inperatrici Engilbergae ... optat prosperitatis -am in Christo. CHART. Aschaff. 92 p. 249,31 quod in augmentum divini cultus ... disponitur, tanto decet maiori sollicitudine stabiliri, quanto ad -am perpetue stabilitatis perducit *eqs.* **b** *accedente notione laudis honorationisque:* **α** *de Deo:* WALAHFR. Mamm. hymn. 1,2 laudem beati martyris ad trinitatis -am sanctae canamus supplices. ALBERT. M. bon. 60 p. 35,41 ut nihil faciamus contra -am Dei. *persaepe.* *in formula liturg.:* WALTH. SPIR. Christoph. I 7 plurima ... in Domini laude componens hęc tandem verba subiecit: '-a tibi, Domine, qui *eqs.*' **β** *de regibus (exemplum Christi sequentibus):* POETA SAXO 4,19 augusto Carolo magno ... -a, prosperitas, regnum, pax, vita triumphus! **γ** *de sanctis:* ARBEO Emm. 30 ubi ... mutorum ... linguae vincula in -am et laudem Dei martyris disrupte solutionem declarant. 31. DIPL. Arnulfi 64 p. 95,29 dedimus ipsam abbatiam ... ad ... sacratissima loca pro -a cunctorum ... sanctorum. *al.* **c** *accedente notione (caelestis) remunerationis, beatitudinis aeternae sim.:* **α** *in univ.:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,42 laetus ille ... longa per aeva sine fine gaudet in -a. HRABAN. epist. 11 p. 398,35 Deus omnipotens ... te *(sc. Frechulfum episcopum)* ... in fine sanctorum coetui insertum aeternae -ae faciat esse consortem. HINCM. coll. 1 p. 81,29 resurrectionis apparente -a. FORM. Salisb. I 10 summo pontifici ... inmeritus presul incontaminatam perennis gr-am *(cod.,* -am *ed.)* ac salutem (*sim.* 9 aeternae coram Deo -ae ... salutem). MANEG. c. Wolfh. 10 p. 64,5 amatores humilitatis ... -am regni ęterni annuntiantes. *persaepe.* **β** *spectat ad statum claritatis:* HRABAN. carm. 39,84,4 fideles ... introibunt ad -am, ubi fulget vera pacis lux, Christus. RADBERT. corp. Dom. 21,167 bonum quippe, ut ad vitam aeternam proficiamus, pulchrum vero, dum inmortalitatis -a vestimur, ut *eqs.* **γ** *spectat*

[Leithe-Jasper]

ad martyrium: WALTH. SPIR. Christoph. I 15 o specialem beati Christofori -am. **δ** *spectat ad clarificationem corporis:* CAES. HEIST. mirac. I 12,56 p. 359,8 in novissimo die . . . soli electi immutabuntur per glorificationem utriusque hominis; -a corporis consistit in quatuor dotibus, id est *eqs*.

B *meton.:* **1** *de hominibus (de Christo: l.16):* **a** *in univ.:* PAUL. DIAC. carm. 4,1,17 quem *(principem Arichis)* sic sapientia compsit, redderet ut variis satis artibus esse potentem, quo merito Latiae dicatur -a gentis. 32,2,5 Carole princeps, . . . Dardanidae . . . -a gentis. HRABAN. carm. 13,9 tu *(sc. episcopus)* decus ecclesiae, plebis laus, -a cleri. *al.* **b** *accedente notione fautoris, salvatoris sim.:* **α** *in univ.:* CONC. Karol. A app. 10 p. 855,14 pacis et veritatis amator, recti executor, -a eclesiarum, . . . laus bonorum, pernicies malorum *(de rege Ludovico)*. CAND. FULD. Eigil. II 25,44 hic decus, hic nostrae fautor et -a vitae exstitit. **β** *de Christo:* WALTH. SPIR. Christoph. II 2, 211 o patris ingeniti proles, o -a mundi, aspice *eqs*. ORD. coron. imp. 14,46 p. 46,7 honor noster :: Christus vincit, -a nostra :: Christus vincit (*sim.* 11,9 p. 28,38). *al.* **c** *accedente notione nobilitatis:* EINH. Karol. 13 p. 16,7 tota in . . . bello Hunorum nobilitas periit, tota -a decidit. PASS. Petri et Pauli 155 convenere viri Romani et -a regni. ARNOLD. LUB. chron. 3,9 p. 151,39 venit . . . omnis dignitas potestatis et principatus, sublimitas archiepiscoporum, episcoporum, -a regum *eqs*. **d** *in allocutione, titulo fere i. q. celsitudo, magnitudo – etwa: Hoheit (abund.: l.34):* CHRON. Fred. 4,78 p. 160,13 Wascones . . . pacem . . . petentes promittent se gluriae et conspectum Dagoberti regi presentaturus. LEG. Wisig. 2,1,6 p. 49,14 sincera mansuetudinis deliberatione tam nobis quam cunctis nostre *(sc. regis)* -e successoribus adfuturis . . . legem ponimus *eqs*. FORM. Marculfi 1,9 vestram -am erga nus fraternitatis individuam arbitramur. CHRON. Salern. 55 p. 56,7 imploro vestra arcius -a, quatenus munus nostro exiguo faciatis recipere. DESID. CAD. epist. 1,3 praesumimus conmonere celsitudinem -ae vestrae, ut *eqs. saepe*. **2** *de maiestate Dei:* RADBERT. corp. Dom. 22, 167 satiabimur, inquit propheta, dum manifestabitur -a tua *(sc. Domini)*. HRABAN. epist. 18 p. 423,13 lex . . . Dei spiritalis est et revelatione opus est, ut intellegatur ac revelata facie -am Dei contemplemur. THIETM. chron. 4,26 cum idem *(antistes Hilliwardus)* iam in agone exitus sui iaceret, vidit -am Dei. OTTO FRISING. chron. 8,15 p. 413,19 cum quanta . . . superinestimabili -a . . . gloriosus et admirabilis appareat *Dominus (sc. in iudicio extremo). saepe*. **3** *de eventu, successu militari:* WIDUK. gest. 3,42 eo anno Sclavi . . . a Gerone cum magna -a devicti. THIETM. chron. 7,2 p. 400,9 cum maxima prosperitate et -a Alpinas superat *imperator* difficultates. WIPO gest. 1 p. 12, 12 quod . . . subiecta est *Burgundia*, trium regum -ae asscribitur. *saepius*. **4** *apparatus, splendor – Prunk, Gepränge, Feierlichkeit, Glanz:* **a** *in univ.:* VITA Paulin. Trev. 16 adest . . . obviam salutifero corpori . . . innumerabilis populus cum -a illud excipiens. THIETM. chron. 4,44 nullus imperator maiori umquam -a a Roma egreditur neque revertitur. THANGM. Bernw. 43 p. 777,13 rex venerandus Heinricus . . . Palithi natale Domini c u m maxima -a c e l e b r a v i t (ADAM gest. 2,68 p. 215,7 c. magna -a c.). OTTO SANBLAS. chron. 11 p. 12,22 cuncto exercitu . . . tocius . . . militaris -e apparatu . . . instructo. *al. spectat ad angelos:* WIDUK. gest. 3,74 p. 151,19 animam reginae et episcopi infinita multitudine angelorum cum -a ineffabili ⌞caelos deferre⌟ (ANNALISTA SAXO p. 211,22 in caelos deferri). **b** *de sumptu:* UFFING. Ida 1,5 omnem . . . suam pompaticam -am, qua delicatissime fuerat educata, ad nanciscenda laborum suorum emolumenta . . . inmutavit. **c** *de vita (temporali), mundo (plerumque in sensu negat.):* ARBEO Emm. 1 a puerili aetate coepit mundum despicere et quasi quisquilias huius mundi -am calcare. WALAHFR. carm. 88,14 est fumo similis florescens -a terrae. WALTH. SPIR. Christoph. I 4 mundi -am omnimodo respuit. CHART. Aquens. 40 l. 3 dies hominis breves sunt super terram et sicut flos agri -a vitę presentis pertransit *eqs. (spectat ad Vulg. psalm. 102,15sq.). saepe*. **5** *decus, ornamentum, pulchritudo – Zierde, Schmuck, Schönheit:* **a** *in univ.:* **α** *de rebus:* ALDH. virg. I 15 p. 244,22 rubicunda gemmarum -a. MILO carm. 3,4,2,805 fulgens humeralis amictus, tenia lumbaris, stolaris -a colli . . . designant, . . . ut *eqs*. ARNOLD. LUB. chron. 1,12 p. 124,42 addidit *rex* . . . multam lapidum preciosorum -am. *al.* **β** *de animalibus:* ALDH. virg. I 9 p. 237,12 versicolor pavonis -a. RHYTHM. 76,7,6 girans in circo, gestans in plumis, gavisus canit *pavo*, -a pompis. **b** *forma splendida – Stattlichkeit:* WALAHFR. carm. 2,18 nos *(sc. Tattonem)* parvos humiles murem sibi forma subegit, vosque *(sc. chorepiscopum)* gigantem esse -a molis habet. **c** *suavitas – Süße, süßer Duft:* STEPH. COL. Maurin. 9 cum locus ipse tum proxima . . . tantae suavitatis completa sunt fragrantia, ut evidens esset caelos eam distillasse -am. **6** *dignitas, locus (honoratus), potestas – Würde, (Ehren-)Stellung, Rang, Macht(position):* **a** *in univ.:* FORM. Sangall. II 27 ut nec nostri de nostra *(sc. regum)* dissensione et minoratione -as et dignitates aucupentur nec adversarii . . . de regni nostri defectu glorientur. NOTKER. BALB. gest. 2,6 p. 57,18 cum exosum quondam . . . Heittonem in tali -a vidissent *missi Graecorum*. THIETM. chron. 1,15 rex . . . urbanos maiori -a, quam hactenus haberent . . ., honorat. THANGM. Bernw. 51 p. 780,6 (chart.) Dei electio senatuumque declamatio me pontificalis -ae solio inthronizandum praeeligunt. *saepius*. **b** *spectat ad potestatem regalem:* CONST. Constant. 159 una cum . . . populo Romano -ae imperii nostri subiacenti. DIPL. Ludow. II. 18 p. 101,31 oportet imperiali -a sublimatos studio et devocione subditorum obaudire preces. DIPL. Loth. II. 23 p. 420,36 quo *(tempore)* . . . Hludovvicus huius regni -am *(cod., -a ed.)* potiebatur. ORD. coron. imp. 16^{A},12 accipe coronam -e, honorem iucunditatis. *al.*

II *laudis decorisque spes, amor, cupiditas – Ruhmstreben, -begierde, -sucht:* **A** *de hominibus in locut.* vana -a *sim. i. q. elatio, superbia, vanitas – falsche Ehrsucht, Aufgeblasenheit, Überheblichkeit, Eitelkeit:* CONC. Karol. A 50^{D},10 pompa diaboli haec est quae et pompa mundi, id est ambitio, arrogantia, v a n a -a *eqs*. (EKKEH. IV. bened. I 16,15 -a v. [gloss.: superbia], fames, sitis auri stant furię tres. *saepe*). CHRON. Pol. 1,23 o pompa -e temporalis. ALBERT. M. summ. theol. II 18, 116,2,1 p. 351^{a},25 inanis -a peccatum est: -a autem vera et -am veram appetere non est peccatum. *saepe*. **B** *de animalibus fere i. q. ambitio, spiritus – etwa: Ehrgeiz, Kampfgeist:* ALBERT. M. animal. 23,18 quando bene nobiles sunt *(sc. accipitres)*, praedam non propter escam, sed ex -a accipiunt et in tirannide delectantur.

III *observantia, dignatio, reverentia – Ehrerbietung, Hochachtung, Respekt:* VITA Emm. 24 eum in amoeno gramine condigno honore simul et -a statuerunt *(sc. comitantes)*. RUOTG. Brun. 42 pentecosten simul Colonie celebrantes, qua maior mortalibus -a concessa non est, sese invicem . . . affecerunt *(sc. tota familia regalis)*. DIPL. Conr. III. 69 p. 122,26 quod, quae matri debetur, filiam velle cernimus, scilicet ut auctoritas materna precinat consilio, auxilio respondeat autem -a et honore filiastina dilectio. *abund.:* ARBEO Emm. 23 p. 59,3 membra . . . sub -ae (-a *var. l.*) honoris condisse (condidisse *var. l.*).

IV *laudatio, benedictio – Lob(preis), das Lobpreisen:* **A** *spectat ad glorificationem laudemque Dei:* **1** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 6 p. 35,17 usque hodie -a et benedictio et gratiarum actio Domino Deo devote confertur. WALAFHR. carm. 64,10,1 -am dignam triformi pangimus potentiae. HRABAN. carm. 17, 18 fiat opus vestrum *(sc. episcopi)* -a magna Deo. METELL. Quir. 17^{a},2 peracta dedicatio refulserat leticia celebri perplurima cum -a. *saepe*. *abund.:* CHRON. Thietm. prol. 21 (vs.) ut tibi *(sc. Christo)*, non nobis, solvatur -a laudis. **2** *de liturgiae parte:* AMALAR. ord. antiph. 1,13 priscis temporibus non cantabatur 'G-a' post versum, sed repetebatur responsorius. PONTIF. Rom.-Germ. 94,10 episcopus solus 'G-a in excelsis Deo' inchoat, quia solus angelus pastoribus annuntiavit Domini nativitatem. VITA Paulin. Trev. 6 Paulinus cum 'G-a' et psalmorum melodia . . . sancti patris corpus in . . . basilica sepelivit. CONSUET. Trev. 2 reliquis post 'G-am' responsorii sex psalmis cum . . . oratione satis nota finitis. ALBERT. M. miss. 1,1,16 p. 14^{b},9 versus . . . psalmi aliquis consonans cum 'G-a Patri' interponitur. *persaepe*. **B** *laetitia, laetatio, exsultatio – Freude, das Frohlocken, Jubel:* ARBEO Corb. 19 castra metati sunt cum

[Leithe-Jasper]

tanta habundantiae *(sc. cenae)* -a, ut nequaquam cunctus comitatus consumere valuisset; residua *eqs.* GERB. epist. 13 vestram *(sc. archiepiscopi)* felicitatem -am existimamus nostram (*sim.* 33).

V *opinio – Meinung, Einschätzung (cf. p.737,33):* ALFAN. premn. phys. 18,11 p. 99 secundum Platonem ... delectationum aliae quidem sunt fallaces, aliae autem veraces; fallaces sunt, quae ⌞cum sensibilitate fiunt et -a non vera⌟ (*PG 40,681*[A] μετ' αἰσθήσεως γίνονται καὶ δόξης οὐκ ἀληθοῦς) et afflictione complexae.

gloriabilis, -e. *qui exsultare potest – fähig zu jubeln, frohlocken:* ALBERT. M. animal. 22,12 esse *(sc. hominem)* animal risibile et -e propter perfectas gaudendi rationes, quae soli contingunt homini.

gloriabundus, -a, -um. **1** *iactans, elatus – sich rühmend, prahlend:* RUP. TUIT. dial. 3,477 in carne Abrahae -us ante omnes homines veritatem quaerentes, quibus odiosum te fecisti, quotidie corruis *(spectat ad Vulg. deut. 28,25).* VITA Godefr. Cap. I 23 unus ex ministris ... animalia ..., que diripuerat, ... tanquam -us adduxit. **2** *exsultans – überschwänglich frohlockend, jubelnd:* RUP. TUIT. trin. 3,24 l. 1118 qui *(Vergilius)* ... alio loco -us et cuiusdam infantuli adulatoriis vacans blanditiis pro magna felicitate spontaneas divitias sic inter cetera promittit: '*eqs. (Verg. ecl. 4,28sqq.).*'

***glorianter** *v.* 1. glorior.

gloriatio, -onis *f.* **1** *actio gloriandi – das Sich-Rühmen:* **a** *in bonam partem:* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 397,6 istud gloriari, id est ista -o sive gloria cunctos penitus 'oportet' nos et universis 'expedit' nobis *eqs.* **b** *in malam partem i. q. iactantia – Prahlerei:* BURCH. URSB. chron. p. 108,7 nonnumquam nimie humilitatis nomen -em importet. **2** *laudatio, exsultatio – Lobpreis, Jubel:* GODESC. SAXO conf. p. 75,32 sit ... nobis ... in te *(sc. Domino)* solo gaudium verum atque sincerum tripudiumque summum ... et -o communis, quod *eqs.* **3** *veneratio, reverentia – Verehrung:* EPIST. var. I 33,19 ut crucis -o (glorificatio *in marg. ed. princ. [?]*) in singulis diebus dominicis fiat ante missam. **4** *gloria, claritas – Ruhm, Herrlichkeit:* **a** *proprie:* VITA Burch. Worm. 22 p. 845,13 hesterno ... unus fui ex ditissimis, sed iam expecto, quod mox futurus sim quasi stercus et cinis; talis enim est -o nostra, talis et dominatio mundana. *spectat ad eventum, successum militarem:* VITA Sym. Ach. 44 (Die Abtei Reichenau. 1974. p. 119; s. X.[med.]) pugna ... prospere peracta iuxta desiderium augusti tantae -is vir ... muneribus a primate honorificatus. **b** *meton. in titulo:* AGOB. 5 praef. 11 pie ... rector et domne, ... catholicorum omnium insignis -o.

***glorifer,** -era, -erum. *qui gloriam fert, gloriosus – ruhmbringend, glorreich (abund.):* SEDUL. SCOT. carm. app. 2,25 -ae famae Guntari fertur honestas Europae turmis laudibus almisonis.

***glorificabilis,** -e. *qui glorificari potest – fähig, verklärt zu werden, verklärbar:* ALBERT. M. sacram. 87 p. 62,48 locus formarum -is (glorificatus *V*) est et sic in potentia est amplioris capacitatis, quam sit in actu *eqs.*

***glorificanter** *v.* glorifico.

glorificatio (-cio), -onis *f.* **1** *actio glorificandi, gloriam amplificandi – Verherrlichung, Mehrung des Ruhmes:* DIPL. Conr. III. 17 p. 30,28 pro sancte ecclesie gubernacione et -cione. **2** *clarificatio – Verklärung (usu theol.):* CAES. HEIST. hom. exc. 300 p. 182,27 magister quidam Parisiensis infirmatus, cum de -cione corporum cogitaret *eqs.* ALBERT. M. incarn. 17 p. 188,39 recreatio et -o habent se sicut causa et causatum. summ. theol. I 1 praef. p. 1,30 in actibus ... beatificationis sive -is per consummationem gloriae *(sc. innotescit Deus). al.* **3** *laudatio – Lobpreis:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* WETT. Gall. 40 p. 279,34 accepta benedictione reversi sunt cum Dei -e. **β** *acclamatio – Beifall, Applaus:* ADALBOLD. Heinr. 12 rex Aquasgrani perveniens ... eligitur ..., glorificatur; sed sub ea -e quidam palmas, quidam lachrymas fundebant. **b** *liturg.:* AMALAR. off. 1,14,1 ex multis -bus, quibus glorificata est *crux*, pauca pingam in praesenti opere. 4,9,2 sequuntur duodecim psalmi sine antiphona cum tribus -bus sanctae trinitatis *eqs.* BERNOLD. CONST. microl. 30 p. 1003[B] in nativitate ... apostolorum sive dedicatione ecclesiae praedictas -es *(sc. alleluia)* non omittimus. *al.* **4** *cursus gloriosus – ruhmvolle Laufbahn:* NOTKER. BALB. gest. 1,3 p. 4,18 mandatum meum *(sc. Karoli)* et -em vestram *(sc. discipulorum)* postponentes litterarum studiis neglectis ... ludo et inercię ... indulsistis.

***glorificativum,** -i *n.* *quod clarificat – das Verklärende:* ALBERT. M. sent. 4,49,4 p. 669[b],32 anima de se obscura est dupliciter ..., ergo duplici indiget -o, si debeat fieri beata.

glorificator, -oris *m.* **1** *qui glorificat – Verherrlicher:* TRANSL. Libor. I 1 qui *(Spiritus paraclitus)* ... ipsius sanctitatis per miracula index et -r existit. **2** *qui clarificat – Verklärer:* EBERH. BAMB. epist. 16 p. 563[B] qua *(reverentia)* Deum tanquam creatorem et -em suum recognoscit et diligit *Christus.* ALBERT. M. mul. fort. (ed. Borgnet XVIII. 1893. p. 171[b],46) Christus -r animae. CONR. SAXO spec. 6 p. 257,2 si omnium sanctorum corpora ... Deus glorificabit, quanto magis corpus illud, quod ipsum -em omnium corporum genuit. *al.* **3** *de confessore Dei i. qui laudat – einer der lobpreist:* CARM. de gener. Christi 910 factus *Iudas (i. Christus)* confessor (gloss.: vel laudator) Patris, hoc est -r (gloss. *in marg.*: hęc est confessio laudis).

***glorifice** *v.* glorificus.

glorifico, -avi, -atum, -are. *usu refl.: l.50.p.737,27. partic. perf. usu adi.: p.737,36; subst.: p.737,26.*

1 *sensu originario:* **a** *honorificare, extollere, magnificare – ehren, auszeichnen, hochhalten:* **α** *in univ.:* BEDA hist. eccl. 1,32 p. 67,21 temporalibus ... honoribus regem -are. RUODLIEB IV 111 sibimet servit *comes* gladium ..., ut nullus noceat, quem rex sic -bat. DONIZO Mathild. 2,1273 -at cesar donis et eam vice versa. *al.* **β** *colere, adorare – verehren:* HROTSV. Agn. 291 -are Deum stultus quia spreverat *iuvenis* illum, gloria tristifico cuius praefulget in antro. DIPL. Constantiae 52 p. 167,3 hoc ... putavi iustum et acceptabile, quatinus Deus colatur et -etur sicuti prius. **γ** *fovere, exaltare – fördern, erhöhen:* DIPL. Otton. I. 195 aeclesiam Dei ... cupimus ... rebus ... proprietatis nostrae augmentare, ditare et -are. WIDUK. gest. 1,17 maximum ei *(Heinrico)* ... studium erat in -ando gentem suam. METELL. exp. Hieros. 5,726 pontificem legere sacroque loco statuere, cui sustentando seu templo -ando rerum cunctarum decimas tribuere suarum. *al.* **δ** *exornare – schmücken, verschönern:* FORM. Salisb. II 2,17 per vestros *(sc. alterius coenobii)* magistros -ta est et decorata domus nostra. SEDUL. SCOT. carm. app. 2,46 carmina musidica ... ludifero sensu aedificata colit *Gunther*, concinit et miras modolatis cantibus odas dulcisona voce -ta (glorifera *var. l.; sc. carmina?*) Deo. **ε** *refl. i. q. sibi gloriam, famam acquirere – sich Ruhm erwerben:* NADDA Cyriac. I 14,8 qui *(principes Romanorum)* se palma victorie et sapientie illustratione super orbem terrarum -bant. **b** *laudare, laudibus efferre, praedicare – loben, preisen, rühmen:* **α** *de Deo, sanctis sim.:* ALDH. virg. I p. 228,27 Christi virginibus ... non solum corporalis pudicitiae praeconio celebrandis, ... verum etiam spiritalis castimoniae gratia -andis. WILLIB. Bonif. 8 p. 55,5 alii ... pristina dediti salute laudantes -ant Deum. HUGEB. Wynneb. 13 p. 117,5 quasi uno ore psallentes -bant *comitantes* Deum. RUD. FULD. mirac. 2 p. 331,15 gratias agens Deo et merita sancti Alexandri -ans *puella*. CONSUET. Marb. 282 ubi fratres in unum -ant Deum, ibi dabit Dominus benedictionem *(spectat ad Vulg. psalm. 5,12sq.). saepe.* **β** *de actibus caritatis:* LIUTG. Greg. 13 p. 77,37 opus elemosinarum ab ipso Domino ... ordinatum est ... et omnes scripturae sanctae ... hoc opus salutiferum laudant et -ant. **γ** *de hominibus:* CHRON. Cosmae cont. II a. 1158 p. 161,14 gloriosus rex et vere -andus Wladizlaus. **δ** *de rebus saecularibus (in malam partem):* WALAHFR. Wett. 332 magna sacerdotum ... pars ... pomposis fercula mensis -are parant, animarum lucra relinquunt. **ε** *celebrare – feiern:* WALAHFR. carm. 62,2 iustum erat adventum dominorum munere cunctos -are novo laudibus et variis. *applaudere – bejubeln:* BERTH. chron. B a. 1077 p. 288,21 quem *(regem)* totis regie honorificentie insignibus et laudamentis gloriossissime satis salutatum et -tum (gratificatum *var. l.*) ... magnificabant et ve-

nerati sunt *(sc. Saxones). v. et p.735,70.* **c** *gloriosum facere, in gloria (aeterna) ponere – verherrlichen, zur (ewigen) Herrlichkeit führen:* **α** *de hominibus:* WILLIB. Bonif. 8 p. 55,9 qui *(Deus)* suum dignatus est servum ... quadragesimo peregrinationis eius anno revoluto -are. DIPL. Heinr. II. 504 p. 645, 27 ex acceptis *(sc. a Deo)* ... aut condempnabimur aut -bimur. WIPO gest. 3 p. 22,12 Deus Abraam servum suum temptavit et temptatum -vit. *saepius.* **β** *de Deo, Maria:* ARBEO Corb. prol. p. 189,8 quod in suis -tus Deus sit sanctis. HRABAN. epist. 21 p. 427,38 ut ... -etur ... Deus per omnia in omnibus. WALAHFR. carm. 20,12 mater ... virgo perennis permanet a nato -ta suo. *al.* **γ** *de rebus, locis sim.:* ALDH. virg. I 30 p. 269,15 quatenus supernorum convivia ... muneribus de terreno nundinarum mercatu allatis gratulabunda -rentur. LIUTG. Greg. 5 p. 72,16 -are ... locum *(sc. sepulturae sancti Dei).* HROTSV. Dion. 264 ut ... in tumulo laetentur mortua membra signorum titulis crebro -ta (-te *var. l.*) coruscis. *al. v. et p.738,6. alch. de substantiis (in imag.):* Ps. AVIC. lap. p. 634[b],44 mortui ... cum resurgunt, ... amplius non moriuntur, sed ad vitam -antur immortalem sine termino duraturam. **d** *clarificare – verklären:* GODESC. SAXO theol. 23 p. 326,13 cum illa Christi caro resurgens de sepulchro ita -ta sit, ut *eqs.* p. 335,22 aliud ... corpus Domini, quod -tum sedet ad dexteram Dei, ... et tamen naturaliter unum est *eqs. al. v. et p.735,53.736,17. partic. perf. usu subst. pro titulo homiliae:* LIBER tram. 72 p. 107,19 ex homeliis beati Augustini '-tum (-tus *var. l.*) a patre' prima et secunda nocturna <legatur>. **e** *refl. i. q. gloriari, se iactare – sich rühmen, prahlen:* PETR. CRASS. def. 4 p. 438,33 ne, qui se Paterinos appellant, de legum sacrario aliqua de improviso expediant capitula, quibus se -ando meam obtundant temeritatem. ANON. miseric. 28 -ant *homines mendaces* se solvere ventrem illius, qui non potest ire ad latrinas ..., cum glandibus *eqs.* **2** *censere, probare – beschließen, billigen (cf. p.735,5):* ALBERT. M. pol. 5,6,11 p. 499[b],10 quod omnium filii ... assuescant ad ordinem politiae vivere, quia sine hoc nullus profectus est utilissimarum legum ab omni -tarum (*p. 1310[a],15* συνδεδοξασμένων).

adi. **1. glorificandus,** -a, -um. *almificus, beatificus – segensreich, beglückend:* HRABAN. carm. 81,22 sacerdotis Domini laetissima crescit paucis ex granis -a seges. SOLIMARIUS 147 devoto pectore miles -a sui coluit natalia regis.

2. glorificatus, -a, -um. *in gloria (aeterna) constitutus, clarificatus – verherrlicht, verklärt:* CATAL. biblioth. Lauresh. p. 103,18 de vultu Moysi -o et de velamine, quod ponebat in facię. TRIUMPH. Remacli p. 457,48 coram -o patroni nostri corpore. ALBERT. M. resurr. 51 p. 267,22sqq. vis oculi nonglorificati ... non proportionatur ... lumini, quod resplendet a corpore -o (glorioso, gloria *var. l.*). HUGO RIPELIN compend. 2,29 p. 61[a],41 in corpore -o ipsius *(animae)* beatitudo ampliatur. *saepius.*

subst. **1. glorificans,** -antis *n. quod ad clarificationem pertinet – die Verklärung Betreffendes:* ALBERT. M. sent. 1,3,21 p. 122[a],2 ipse *(Bernardus)* enumerat -ia potius quam creantia.

2. glorificatus, -i *m. qui clarificatus, in gloria (aeterna) constitutus est – einer der verherrlicht ist, die (ewige) Herrlichkeit erlangt hat:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 492,19 sempiternaliter praescitos et praedestinatos, iustificatos et -os custodit et servat piissimus pater. CHART. Port. 191 (a. 1266) super omnium -orum suffragiis meritum gloriose virginis preminenter eminet.

adv. ***glorificanter.** *cum gloria – glorreich:* WIDR. (?) Gerh. I 18 p. 500,53 temptatus est ... corporis egritudine, per quam Deus omnipotens -r declaratus est in suae virtutis maiestate. *cf.* conglorifico.

glorificus, -a, -um. *qui gloriam affert, gloria plenus, gloriosus – ruhmvoll, -reich, herrlich, glorreich:* **1** *in univ.:* SEDUL. SCOT. carm. II 26,14 gratia celsithroni nobis concessit ab astris ... -um ... ducem. POETA SAXO 3,487 rex iussit, ut ad se -o presul deductus honore veniret. RANGER. carm. 672 fiant portae pro portis spirituales, ut rex -us ingrediatur eas (*spectat ad Vulg. psalm. 23,7* rex gloriae). METELL. Quir. 37,2 querebat urbem -am crucis *(i. Hierosolymam)* preclara gentis copia Noricę. **2** *in titulo sim.:* EPIST. Wisig. 10 p. 677,6 -e princeps. STEPH. Wilfr. 50 p. 244,15 -ae sedis responsa expectantes *(sc. episcopus cum presbyteris).* **3** *glorificatus – verherrlicht:* HRABAN. hom. I 70 p. 132[A] ubi *(sc. Hierosolymis)* fuerat *crux* membris Dominicis aptata supplicio, ibidem -a veneraretur a populo (*cf.* HUGO FLAV. chron. 1 p. 298,35 glorificata veneraretur a populis). EPITAPH. var. II 60,2 sponsa redemptoris iacet hic tumulata Ruothildis, sursum -a tripudians anima. **4** *venerabilis, honorabilis – verehrungs-, ehrwürdig:* CHRON. reg. cont. IV a. 1236 p. 268,24 ad memoriam sancte vidue Elisabeth, cuius -um *(var. l.* honorificium *[sic])* corpus ad capsam auream est translatum. **5** *beatificus, beatificans – segensreich, seligmachend:* BENZO ad Heinr. IV. 7,7 p. 648,9 o Eusebi, huic *(Theodosio)* precare patriam -am. METELL. Quir. 46,39 hausit *peregrinus* -ę munera gratię almi laude Quirini.

adv. ***glorifice.** **1** *gloriose – ruhmvoll, -reich:* CHART. Traiect. 506 p. 452,13 (a. 1181) ut singulorum ... memoria ... -e in evum permaneat. **2** *sollemniter, magno apparatu – feierlich, prunkvoll:* POETA SAXO 4,153 -e ... celebrato tempore sancto. DIPL. Heinr. II. 93 p. 117,12 Henricus ... rex a Deo coronatus et ab omni plebe in regnum -e exaltatus.

1. *glorio, -onis *m.* (gloriari) *gloriator – Prahler:* ARNULF. delic. 169 nosse quod ignorat, stolidus se -o iactat.

2. glorio *v.* 1. glorior.

gloriola, -ae *f. confunditur c.* gloriosa: *l. 46. 49. 52.* **1** *gloria, fama, honor, claritas – Ruhm, Ansehen, Ehre, Herrlichkeit:* **a** *proprie:* **α** *de hominibus eorumque gestis saecularibus (in malam partem):* ARNULF. delic. 431 -am (gloria iam *cod. Turic.*) cultus philopompo prestat honorus: intumet ornatu fetus precordia fastu. **β** *de hominibus eorumque gestis christiana fide instructis:* AGIUS epic. Hath. 718 vestram ... matrem omnibus ... excolite *(sc. sorores)* obsequiis: hoc Domini iussum, ... hoc nostis vestram affore -am. HROTSV. Gong. 272 sortitus tantam es ... -am. *ibid. al.* **γ** *de plantis:* HROTSV. Mar. 797 tibi *(sc. palmae)* -am ... confero tantam, ut ... summi dicaris palma triumphi. **δ** *de maiestate Dei:* HROTSV. Gong. 294 nostris voluisti *(sc. Deus)* credere terris indicium magnae nobile -ae. **b** *meton.:* **α** *actio laude, gloria digna – ruhmvolle, glorreiche Handlung:* HROTSV. asc. 13 pro nobis animam deponens *Christus* in cruce ... necnon -a surgentis rite peracta *eqs.* **β** *dignitas, locus (honoratus) – Würde, Ehrenstellung, -amt:* THIOFR. flor. 2,7 l. 16 in Dominico bello ... non quęruntur dignitates et -ę, sed *eqs.* **γ** *apparatus, splendor – Prunk, Glanz:* RADBOD. Bonif. 3 que nimirum ornamenta quandam -am (gloriosam *1 a. corr.*) hominibus foris ostenderent, nisi *eqs.* **δ** *decus, ornamentum – Zierde, Schmuck(stück):* HERBORD. Ott. 1,36 p. 40,2 alias ... species, -as (gloriosas *var. l.*) et res pulchras emens. *in malam partem fere i. q. nugae, inania – etwa: Tand, Blendwerk, Nichtigkeit:* RADBOD. Mart. praef. p. 1240,37 si Tullium Platonemve ratiocinantes audires, ex istis verborum -as (gloriosas *var. l.*) quasi quosdam ex prato flores carperes. *abund. in iunctura* vana -a: GESTA Trud. cont. I 8,19 quoscumque ... fratrum laicorum videbat amicitias et confabulationes et has illasque vanas -as proclivius appetere. **2** *laudis spes, amor, cupiditas – Ruhmstreben:* **a** *in univ.:* ARNOLD. RATISB. Emm. praef. p. 546,34 absterritus subduxi me, quibus eatenus ob -am seculi adhesi, libris paganis, et saniore consilio inplicabar divinis (*sim.* 2,21). **b** *superbia, vanitas – Aufgeblasenheit, Überheblichkeit, Eitelkeit:* CAES. HEIST. mirac. I 1,36 quosdam ... ad conversionem venire videmus cum quadam -a et ostensione saeculari. hom. exc. 37 mox ex ipsa gracia *(sc. lacrimis devotionis)* menti eius *(monachi)* suborta est quedam -a-, ita ut diceret: '*eqs.*'

1. glorior, -atus sum, -ari *vel rarius* **glorio,** -avi, -atum, -are. *indic. imperf.* -ieba(r): *p.739,7. adde* CASUS Geng. p. 102,11.

1 *depon. vel intrans. i. q. gloriam sibi vindicare, de se praedicare – sich rühmen, sich preisen:* **a** *in univ.:* PIRMIN. (?) scar. 27 p. 106,7 absit mihi -are (-ari *var. l.; Vulg. Gal. 6, 14*). HROTSV. Gall. II 5,2 imperatores Constantinus, Constans et Constantius ... -bantur se servos esse Christi. CARM. Bur.

[Leithe-Jasper]

174, 3,4 semper in te *(sc. amica)* -or. *saepius.* **b** *in malam partem i. q. se iactare, se effere – sich brüsten, prahlen, angeben:* ARBEO Emm. 28 p. 68,5 ubi tam eminentia eius *(domini Lantperthi)* edificia caeteris praeminebant, in quibus suae confusionis -bat (-batur *var. l.*). FORM. Senon. II add. 4,3 sic respondere iussi stulto, ut confundatur <et> stultum grado numquam presumat -are. EKKEH. IV. cas. 10 p. 34,4 -ebatur *Salomon* inter cętera de muneribus regis Arnoldi . . ., nam . . . laudis avidissimus . . . erat. ADAM gest. 1,19 hunc *(Leudericum)* . . . tradunt superbum fuisse . . ., quia se aliquando custodem, aliquando pastorem Bremensis ecclesiae -batur. *saepe. de animalibus:* ALBERT. M. animal. 22,46 dicitur *chymera* in vestitu -ari, quando pretiosis induitur. 23,115 qui *(sc. gallorum)* superat, . . . erigit caput et caudam -ndo de victoria. **c** *gaudere, gratulari – sich freuen, jubeln (über):* PASS. Kil. I 13 omnes pariter -antes et gaudentes. CHART. march. Misn. II 547 ne . . . fratres . . . graventur, sed . . . ab omni infestatione et perturbatione . . . securos se esse -entur. *spectat ad malevolentiam:* FORM. Sangall. II 27 ut . . . de nostra dissensione . . . nec adversarii vel extranei de regni nostri defectu vel casu -entur. RUOTG. Brun. 20 p. 20,6 quantum perversi de bonorum pernicie -entur. **d** *florere, delectari – blühen (in), sich erfreuen (an):* DIPL. Otton. III. 385 p. 814,35 quatenus . . . temporalis imperii -etur honore atque . . . bravium ęternę mereatur adipisci coronę. EPIST. Meginh. 31 te *(sc. fratrem)* . . . integra valitudine, quę Spire rara avis est, -ari. DIPL. Constantiae 34 p. 108, 33 ut imperialis <poten>tie communite presidio tam in se quam in rebus et tenimentis earum et quiete . . . et securitate . . . -entur *ecclesiae etc.* **2** *(medio)pass. i. q. magnificari, honorificari – gerühmt, geehrt werden:* **a** *in univ.:* ANNAL. Xant. a. 865 temerarias . . . episcopi conscriptiones Nicolao papae . . . remiserunt . . . promittentes se . . . velle aequaliter -ari in locis suis ceu ipse in Roma *eqs.* **b** *glorificari – verherrlicht werden:* HROTSV. Cal. 8,2 nomen meum *(sc. Dei)* in his *(sc. sanctis)* debet -ari. Gall. I 13,7 qui regnat et -atur in unitate trinitatis. ORD. coron. imp. 11,7 cum rege regum -eris *(sc. coronatus)* per evum. 14,42 ut cum iocunditate et leticia eterno -etur *(sc. coronatus)* in regno. *al. c. notione triumphandi:* CARM. Bur. 43,4,3 princeps tenebrarum se sentit -ari orbis fluxa *eqs.*

adv. ***glorianter.** **1** *gloriose – ruhmvoll, glorreich:* **a** *in univ.:* BEBO ad Heinr. II. 1 p. 488,3 tot anxietatibus . . . divino adiutorio -r ereptus, cave *(sc. caesar)* tamen sapienter in posterum. BERTH. chron. B a. 1079 p. 346,16 ipse *(rex Rudolfus)* in Saxoniam suam cum suis -r remeavit. a. 1080 p. 378,16 patriam suam unusquisque non -r multum repetiverunt. CHRON. Camer. 3,1 qui *(dominus Gerardus)* acceptis . . . episcopalibus insigniis -r rediit. *saepius.* **b** *honorabiliter, honorate – ehrenvoll, in Ehren:* PASS. Adalb. Prag. 1 (MGScript. XV p. 706,11; s. XI.in.) intra semet ipsum tam -r sese in populo haberi detestando ac de hac gloria exui ambiens *eqs.* **c** *sollemniter – feierlich:* CHRON. Pol. 1,6 p. 19,13 non est dignum tantum ac virum talem . . . comitem nominari, sed in regale solium -r redimitum diademate sublimari. **2** *iactanter – prahlerisch, großsprecherisch:* ANNAL. Hamb. a. 1177 Iordanus dapifer -r dixit duci: 'domine, corona imperii ad pedes vestros venit, adhuc in capud vestrum ascendet' (*cf.* BURCH. URSB. chron. p. 54,4 superbe dixisse).

2. glorior *v.* chloreus. **gloriose** *v.* gloriosus.

***gloriositas,** -atis *f. claritas – Herrlichkeit:* ALBERT. M. miss. prol. 7 p. 5,3 de admiratione et -e dicit psalmista: 'mirabilis Deus in sanctis suis *(Vulg. psalm. 67,36)*.'

gloriosus, -a, -um. *script. et form.:* cl-o(us): *p. 740,4. sing. masc.: gen.* -e: *p.740,1. dat.* -e: *p.740,2.*

gloria plenus, glorificus, venerabilis, praeclarus – ruhmvoll, glorreich, verehrenswürdig, herrlich: **I** *in univ.:* **A** *usu saeculari:* **1** *de personis:* **a** *in univ.:* RIMB. Anscar. 3 p. 21,19 quem *(imperatorem)* ipse antea in magna potentia -um viderat. WIDUK. gest. 1 praef. p. 1,13 ex optima et -issima melior -iorque efficiaris *(sc. Mathilda imperatoris filia). al.* **b** *in allocutione vel titulo honorifico:* **α** *de regibus, imperatoribus sim.:* LEG. Burgund. const. I praef. p. 29,8 vir -issimus Gundobadus rex Burgundionum. TRAD. Patav. 6 temporibus -issime (-issimi *var. l.*) ducis Tassiloni. FORM. Senon. I 44 precellentissimo domno illo -e rege ego ancilla vestra ultissima. DIPL. Heinr. I. 9 a -o . . . Karolo imperatore (25 -issimo). ACTA reg. Burgund. 68 per consenciente dumni et cl-oissimi Chunradi regis. DIPL. Conr. III. 6 p. 12,27 regina. CHART. Babenb. 448 cum . . . marchione de Baden -o. *persaepe. v. et p. 732,41. per enallagen:* FORM. Sal. Merk. 61 p. 262,2 quasi omnes nos ad -issimas pedes vestros prostrati iacerimus. **β** *de episcopis, papa sim. (de abbatissa: l.11):* GODESC. SAXO theol. 1 p. 85,23 -us Gregorius papa sanctissimus. AGIUS vita Hath. 27 mater -issima. TRAD. Frising. 1062 episcopus. RUOTG. Brun. 17 presul. *saepe.* **γ** *usu vario:* AMALAR. cod. expos. I 3,2 iam . . ., -e sacerdos, angelicis vocibus interfuisti *eqs. (spectat ad Vulg. Luc. 2,13sq.).* DIPL. Otton. I. 340 p. 465,23 domnus Ursus -us iudex civitatis Ferariensis. *de loco personato:* WALAHFR. carm. 75,14,3 vale, -a mater *(i. Augia)*, in aevum. **2** *de rebus:* **a** *in univ.:* LEG. Wisig. 2,1,1 confirmationem -a serenitatis nostre renotatione inpressimus. WIDUK. gest. 2 praef. p. 61,12 -a tuae *(sc. Mathildae)* clementiae lenitate. OTTO FRISING. gest. 2,29 p. 135,18 munificentia. **b** *de factis (de temporibus: l.23):* RUOTG. Brun. 35 p. 36,28 expedire . . . -issimum imperatoris triumphum. ORD. coron. imp. 8,12 post -a huius imperii tempora. BRUNO MAGD. bell. 94 maluit *rex* . . . -am . . . habere contumeliam quam periculosam . . . adquirere gloriam. OTTO FRISING. gest. 1,3 -a . . . opera. 2,32 p. 140,32 rex . . . imperii coronam accepit . . . cunctis . . . Deum . . . super tam -o facto glorificantibus. *saepe.* **c** *de memoria mortuorum:* LEG. Burgund. const. I 89,1 unde . . . -ae memoriae patris nostri edictum processerat. VITA Lupi Trec. 1 (MGMer. VII p. 295,21) cui *(patruo)* -ae memoriae Pimeniolam . . . matrimonium fuit. RIMB. Anscar. 12 p. 33,22. **B** *usu christiano:* **1** *de personis:* **a** *de Deo:* HRABAN. carm. 39,8,4 unum Deum praedico, salva fide in personis tribus -issimum *eqs.* ALBERT. M. metaph. 5,4,2 p. 274,16 omnis res est tres et per numerum ternarium Deus magnificatur -us. *v. et l.52.* **b** *de angelis:* HRABAN. carm. 39,14,6 bonos creavit angelos . . ., potestates et cherubin, -a et seraphin. RUP. TUIT. vict. 1,26 p. 39,32 archangelus. 1,28 p. 42,8 unde sint facti *angeli*, qui tam -i sunt et splendidi. **c** *de Maria:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,9 l. 151 -issima virgo Dei genitrix Maria. CHART. Raitenh. 152 p. 133,7 pro reverencia Iesu Christi et -e matris sue sancte Marie. *saepe.* **d** *de sanctis:* ARBEO Emm. 19 -us martyr. HROTSV. Gall. II 9,1 -i testes Christi, Iohannes et Paule. CONSUET. Marb. 251 de festivitate . . . -issimi Augustini. *saepius.* **2** *de rebus:* **a** *usu vario:* WILLIB. Bonif. 4 p. 17,8 -a martyrii testificatio. TRAD. Frising. 496 de eterna -a mercede. HRABAN. carm. 39,81,1 altithronus -o rex sedebit in solio. CONST. Constant. 154 mirum est hoc valde et -um, in terra ligare et solvere et in caelo ligatum et solutum esse. RUOTG. Brun. 31 quorum *(martyrum)* gesta sunt permagnifica, merita -a. *saepe. usu subst.:* RATHER. (?) Donat. 1,2 qui *(Deus)* . . . eo -ior predicatur, quo in fragilioribus -iora sepissime operatur. STEPH. COL. Maurin. 9 (5) magnis maiora, -is succedunt -iora. **b** *in salutatione epistulae:* LULL. epist. 37 reverentissimo fratri . . . -am divinae sospitatis salutem. **c** *in nomine campanae (de re v. Die Musik in Gesch. u. Gegenw. 5. 1989. p. 290; cf. l.39):* CHART. episc. Wirz. III 17 p. 29,28 (a. 1250) in omnibus festis, quando campana maior, que -a *(sc. Maria)* dicitur, est pulsanda.

II *c. colore quodam:* **A** *magnificus – großartig:* **1** *clarus, famosus – berühmt, angesehen:* **a** *de hominibus:* ALFAN. premn. phys. 3,38 p. 58 ut quibusdam -is (*PG 40,608A* τῶν ἐνδόξων) videtur viris. RUP. TUIT. vict. 4,24 p. 147,29 ille *(Salomon)* temporali gloria delectatus et apud homines volens haberi -us leve seu mediocre bonum petivit. *al.* **b** *de fluvio:* GESTA Font. p. 7,9 maximus fluviorum Geon . . . commertiis navium -us, habundantia piscium praestantissimus. **2** *gravis – bedeutend, würdevoll:* NOTKER. BALB. gest. 1,32 ut per hoc -ior appareret, sponte . . . in conspectu . . . regis et procerum eius evangelium . . . legere praesumpsit *diaconus.* **3** *grandis – stattlich:* VITA Goar. 1 hic erat vir -us aspectuque decorus. WIPO gest. 40 p. 61,25 (vs.) -us *(sc. imperator Conradus)* in

[Leithe-Jasper]

persona, pulcher sua sub corona. **4** *pretiosus, splendidus – prächtig, prunkvoll:* HUGEB. Wynneb. 2 p. 108,9 -am intraverunt basilicam sancti Petri. Willib. 4 p. 98,31 domus. TRANSL. Marci in Aug. 14 vidi ... sanctum Marcum ... in nuda petra, veste tamen -a. CONSUET. Vird. 19 post vesperas stagnabitur ad missam, namque custodes tot annisu coenobium reddent -um. *al.* **5** *sollemnis, sublimis – feierlich, erhaben:* AMALAR. ord. antiph. 16,1 vidi cantores ... vespertinalem synaxim ante diem alicuius solempnitatis celebriore cantu et -iore celebrare quam *eqs.* 30,15 cum -a frequentatione alleluia. 52capit. de -o officio. **B** *glorians, laudans – rühmend, preisend:* HUGEB. Wynneb. 1 ad aliis ... -is (-ę *var. l.*) vitae conloquiis properando. **C** *exsultans, iubilans – frohlockend, jubilierend:* CARM. Cantabr. A 10,7,2 volitando scandit *philomela* alta arborum cacumina, -a valde facta veris pro letitia ac festiva natis gliscit sibilare carmina. **D** *ambitiosus, superbus – stolz, hochmütig:* **1** *in univ.:* WIDUK. gest. 2,6 Saxones imperio regis facti -i. *usu subst.:* WIPO gest. 2 p. 20,17 merito praecessit *Chuono* huius mundi -os, cui regina virtutum *(i. humilitas)* adhaerebat *(spectat ad Vulg. prov. 15,33).* **2** *vanus, inanis – nichtig, eitel:* EPIST. Col. 7 p. 250,6 observemus, quos ... rabies insani furoris exagitat, desiderium -um opinionis inflammat. **E** *almificus – segensreich:* GODESC. SAXO theol. 22 p. 296,18 Dominus Deus noster secundum suam humanitatem pro nobis hodie -issimas manus suas dignanter extendendo ... dignetur *eqs.* DIPL. Loth. II. 35 quatinus ... nobis ... beati ... Willibrordi -is interventionibus divina propiciatio gloriosius cumuletur. EPIST. Col. 4 p. 246,3 sancti Petri ... interventione -a. **F** *glorificatus – verherrlicht:* **1** *in univ.:* ERMENR. Sval. 8 est Dominus ... -us in electis suis. **2** *clarificatus – verklärt:* RADBERT. corp. Dom. 9,208 ad participationem -i corporis et sanguinis Domini. ALBERT. M. sent. 4,44,17 p. 568a,9 corpora -a erunt incorruptibilia. *ibid. al.* **3** *sacer – heilig:* CONSUET. Trev. 9 accipit *infirmus* -am corporis et sanguinis communionem.

adv. **gloriose.** **1** *cum gloria, honorifice, cum claritate – mit Ruhm, glorreich, ruhm-, ehrenvoll, herrlich:* **a** *usu saeculari (in imag.: l.39):* ERMENR. ad Grim. 8 p. 542,1 in quibus *(sc. quadrigis virtutum)* te -e equitantem miramur. WIDUK. gest. 3,46 p. 127,19 melius bello ..., milites mei, -e moriamur quam *eqs.* BURCH. URSB. chron. p. 91,3 a Hainrico ... marscalco ob vindictam domini sui -e fuit interfectus *Otto palatinus. al.* **b** *usu christiano (spectat ad remunerationem, beatitudinem caelestem):* RIMB. Anscar. 34 p. 66,17 in die resurrectionis omnium -e et feliciter regna penetrabit caelorum. HINCM. Remig. 23 p. 319,17 ad ... martyrum consortium confessor Domini pretiosus post mortem corporis -e pervenit. RATHER. prael. 6 l. 843 perenni remunerationis bravio -e diteris. *saepius.* **2** *praeclare, magnifice – vortrefflich, großartig:* CONST. Constant. 168 amplius quam nostrum imperium et terrenum thronum sedem sacratissimam beati Petri -e exaltari. DIPL. Frid. I. 356 p. 199,20 cum ... honorem et gloriam imperii atque statum rei publicę ipsi *(Pisani)* pre ceteris -e semper adauxerint. *al. v. et l.28.* **3** *splendide, pompose, sumptuose – prunkvoll, prächtig, aufwendig:* DIPL. Heinr. IV. 489 p. 666, 32 ecclesiam Spirensem a nostris parentibus ... et a nobis -e constructam veneramur. CHART. Merseb. 262 cum ... hospitale pauperum infirmorum ... de novo -e construatur. **4** *sollemniter, festive – feierlich, festlich:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,27 l. 15 publicam missam iniit et ... -e peregit. BERTH. chron. B a. 1078 p. 313,14 Ruodolfus rex ... nativitatem Domini ... -issime celebravit. p. 324,16 -e pascha egit. CHART. Carinth. V 292 cum transierit de hac vita, a fratribus tolli debet ... et in cimiterio fratrum -ius sepeliri. *saepe.*

1. glorius, -a, -um. *gloriosus, iactans – stolz, prahlend:* AGNELL. lib. pont. prol. p. 142,101 eloquitur laxis qui -us oris habenis.

2. *glorius, -i *m.* (gloria) *qui gloriam affert – Bringer von Ruhm und Herrlichkeit:* EKKEH. IV. bened. I 12,19 gentibus est *Christus* lumen, Israheli -us *(spectat ad Vulg. Luc. 2,32).* *Leithe-Jasper*

1. glos, gloris *f.* *acc. sg.* -ssem: *p.742,10.* *soror mariti vel uxor fratris, affinis – Schwester des Mannes oder Frau des Bruders, Schwägerin:* EGBERT. fec. rat. 1,319 non potes uxorem, quam dicunt, ducere, -em (schol.: glos, gloris est soror uxoris *[falso, cf. notam ed.]*). CHART. Burgenl. I 116 p. 81,27 cum illustri domina regina Constantia -e nostra *(sc. Andreae regis).* CHART. Rhen. med. III 938 vineam ... accedente consensu Gude relicte ... fratris mei monasterio ... contuli, ita ..., quod ego et predicta -s mea ... vinee percipiemus fructus. ALBERT. STAD. Troil. 3,545 infelix, quanta -em *(ci. Sedgwick,* -ssem *cod.)* virtute parasti *(sc. Hector). al.*

2. glos, gloris *f.* (glorius) *gloria, beatitudo – Erhabenheit, Seligkeit:* CARM. de Bened. 121 omnipotens genitor ... vobis benedicat ... et faciet *(sc. vos)* dites caelorum -e cubantes *(cf. notam ed.).*

3. *glos, glossis *subst.* (*orig. inc.; cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. II/1. p. 793 s. v.* clodiu) *acc. pl.* gloces (glotes): *l.20. fascis stipularum – Strohbündel:* GERH. AUGUST. Udalr. 1, 13 l. 32 tugurium -bus tectum altaria ab imbribus et intemperiebus defendebat. AMARC. serm. 4,5 dives, multas cui reddit tribula -ces (-tes *var. l.; ni subest* γλῶχες *cf. notam ed.*).

glosa(-) *v.* glossa(-). ***glosatus** *v.* *glosso.

***glosenarius** *v.* clusenarius. *adde ad vol. II. p. 734,27:* TRAD. Patav. 935 (a. 1200/20) testes ... Fridericus Glo-us (*cf.* 1033 concessimus domino Ottoni Chlosn-o ... ortum).

***gloso** *v.* *glosso. ***glosochomum** *v.* glossocomum.

glossa (glosa), -ae *f.* (γλῶσσα) *script.:* cl-: *l.68.70. adde* CATAL. biblioth. B III p. 82,19. gloza: *l.53.p.743,10. al.*

1 *lingua – Zunge:* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* GLOSS. med. cod. Petropol. p. 272,1 dic, ... quid -a (gloss.: lingua nervosa atque carnosa), geosis *(sc. significet).* DYASC. p. 36b arnoglossos ... nomen sumpsit ad similitudinem agnine lingue, nam Greci arion agnum appellant, glosam linguam. **β** *compos. in nominibus herbarum: cf.* agnaglossa, arnoglossa, buglossa, cynoglossa. **b** *meton.:* **α** *sermo – Sprache:* AMALAR. ad Hild. p. 344,24 humiliore glosa Latina aperte ieiunium demonstratur in absentia alleluia. **β** *dictum, verbum, sententia – (Merk-)-Spruch, Wort:* EGBERT. fec. rat. 1,341 schol.: iste versiculus glosa est. ALBERT. STAD. chron. a. 1246 p. 370,42 (epist. sultani) dicit glosa: 'laus Deo soli *eqs.*' ANON. mus. Sowa 1,1 p. 116, 18 cernere quas *(differentias)* poteris, si glose dogmata queris. 2 p. 188,40 sex sunt species adinvente, sicut glosarum sententia superius declaravit. *ibid. al.* **γ** *contradictio – Widerspruch:* CONFL. rosae et violae (ArchStudNeuSprach. 90. 1893. p. 155, 63) quidquid de te *(sc. rosa)* dicitur, tene sine glosa. **2** *interpretatio verbi, conversio verbi – Worterklärung, -übersetzung, 'Glosse':* **a** *in univ.:* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 378, 3 'vador' ..., id est 'fidedico', quia subobscura glosa est, planius aperiendum censeo. CARM. Cent. 171,2,1 incipiunt parvae glosae de diversis libris excerptae. PONTIF. Rom.-Germ. 111tit. ⌞de verbis Grecis baptisterii, quomodo vertantur in Latinum⌟ (glosae baptisterii *D*). FORTOLF. rhythmimach. 871 qui grece parallelepipedus vocatur, sed Latina -a non uniformiter exprimi potest, nisi quod *eqs.* CATAL. biblioth. A I 75 p. 411,35 glozas dictionum veteris et novi testamenti. *al. huc spectare possunt etiam exempla infra (e. g. l.66.68.72. p.743,2) allata.* **b** *in titulo libri ('Glossar'):* **α** *locut.* liber -arum: CATAL. biblioth. A I 16 p. 75,31 (s. IX. med.) liber glosarum in volumine I. 94 I liber -arum. *ibid. al.* **β** *sing. sensu collectivo:* CATAL. biblioth. A I 16 p. 75,22 (s. IX.med.) glosa Graecorum verborum in volumine I. 91 glosa I. CARM. libr. III A 5,1 (MGPoet. V p. 669) Adallioz glosam tibi, Heripato, dat istam. **3** *interpretatio (textus), adnotatio, explanatio – (Text-)Erklärung, Anmerkung, Kommentar (spectare possunt interdum [e. g. l.66.68. 72. p.743,2] exempla ad l.44sqq.):* **a** *in univ.:* CARM. var. I 9,1,14 glosam veteris et novi testamenti posuit *archidiaconus.* CARM. cent. 66,1 incipiunt parvae super euangelia glosae. CATAL. biblioth. A III 3 p. 19,28 abbatissa de Nivwenburc habet psalterium cum closis. PETR. CAS. (?) chron. 3,35 p. 412,21 pantegnum, ... in quo exposuit *Constantinus Africanus*, quid medicum scire opporteat ..., closas herbarum et specierum. CHRON. Sigeb. cont. a. 1117 (MGScript. VI p. 448,17) in psalterio glosas m a r g i n a l e s atque interliniales ... ordinavit

[Weber]

***gornellus** (ger-), -i *m.* (*cf.* *gornus) *Trigla gurnardus L. – Knurr-, Seehahn:* ALBERT. M. animal. 24,39 est ... alius lepus *(sc. marinus)* ..., et hunc ge-um consuevimus appellare (*cf.* 14,79 quos *[pisces]* nos lepores maris, Gallici ... 'gornays' vocant).

***gornus**, -i *m.* *(cf. francog. vet.* gournau *sim.; v. Wartburg, Frz. etym. Wb. IV. p. 291sq. et Tobler-Lommatzsch, Altfrz. Wb. IV. p. 454 s. v. 'gornal') Trigla gurnardus L. – Knurr-, Seehahn:* REGIMEN san. Salern. 87 -us, plagitia cum carpa.

***gorveia** *v.* *corrogata.

***gorza**, -ae *m. vel* ***gorceus**, -i *m.* (*cf. slav.* korec, *theod. vet.* gorc, gorza *sim.; v. e. g.* TRAD. Frising. 1772 p. 548,5sqq. CHART. Stir. I 429. CHART. Salisb. I 365 p. 513,20. CHART. Austr. sup. II 102 p. 107,23) *mensura quaedam capax – ein Hohlmaß, Malter, ein 'Görz' (cf. J. u. W. Grimm, Dt. Wörterb. IV/1.5. 1958. p. 970 et Dt. Rechtswb. IV. p. 1005 s. v.):* TRAD. Frising. 1772 p. 547,38sqq. (c. 1160) due ... hobe *(sc. reddunt)* ... I modium tritici, III -as siliginis et III -as hophen ..., uterque dimidium -am fabe, utraque I -am salis. REGISTR. Seccov. p. 55,22 curia solvit ... I modium pisae et fabae, II -os papaveris. *ibid. saepius (v. et comm. ed. p. 44sq.).*

***gossonus**, -i *m.* *(cf. ital.* gozzo; *v. Battaglia, Dizionario. VI. p. 1000a s. v.* gozzo 3. *'pustola tumorale') pusula, abscessus – Pustel, Blatter:* WILH. SALIC. chirurg. 1,18 p. 309B vocantur istae *(sc. quae fiunt ex melancholia)* species pustularum -i.

***gossum**, -i *n.* *(cf. ital.* gozzo; *v. et Meyer-Lübke, REW3 nr. 3924) guttur tumidum – Kropf:* WILH. SALIC. chirurg. 1 capit. 24 p. 303G de hernia gutturis vel -o (grosso *ed. a. 1490;* bocio 1,24capit. p. 311E *[om. ed. a. 1490]*).

***gosturdus**, -i *m.* *(orig. inc.; cohaeret c.* turdus, *ut vid.) ?alauda, galerita avis – ?(Hauben-)Lerche (cf. K. Kitchell, Albertus Magnus on Animals. vol. II. 1999. p. 1625 et K. Springer, R. Kinzelbach, Das Vogelbuch von Conrad Gessner. 2009. p. 307sq.):* ALBERT. M. animal. 23,112 -i aves sunt, turdis ... similes, gregatim volantes *(v. notam ed.).* *cf.* *cozardus. *Pörnbacher*

governo *v.* guberno.

***gowemaldrus** (gare-, gove-, -dus), -i *m. vel* ***gowemaldrum** (gouue maldrum), -i *n.* (*theod. vet.* göu(we) *et* malter) *tributum quoddam – eine Abgabe, 'Gaumalter' (cf. Dt. Rechtswb. III. p. 1212):* CHART. Mog. A I 551 p. 459,31sq. (a. 1128) in Steinbrucche sclavorum decimatio ... tres gar-os (gov-dos CHART. Mog. B 13 p. 15,42) persolvit; ... in Abbe-

theswinethen de singulis mansis singulos gouue maldra (gov-os CHART. Mog. B). *Staub*

goxa *v.* coxa. ***gozambrum** *v.* *cozumbrum.

grabatarius (grava-, -tt-), -i *m. clinicus moribundus – ein todkrank Bettlägeriger:* CONC. Merov. p. 181,9 non licet ... ullo tempore baptizare nisi illos, quibus mors vicina est, quos -vattarios (-os, -vat(t)arius *var. l.*) dicunt. CONC. Karol. 50D,8 quos vulgaris sermo grav-os vocat.

grabatulus (-tt-), -i *m. lectus (humilis, portatorius), feretrum – (einfaches, tragbares) Bett, Lager, Bahre:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,3 l. 82 qui *(debiles)* in -ttulis (-is *P*) et in lecticis ... victum ... acceperunt. PETR. DAM. epist. 87 p. 508,8 ut de militaribus ... viris plures gladius videatur absumere quam in -ttulis quiescentes ... aegritudo finire. HARIULF. chron. 4,26 p. 246,24 -o sese excutiens *abbas*. 4,31 p. 261,6 dum de contra iacentis *(sc. mulieris)* venisset *corpus sancti Richarii* -um. CONR. EBERB. exord. 5,2 l. 12 in -o suo *(sc. monachi)*.

grabatus (cr-, grava-, -bb-, -ttus), -i *m.* (-um, -i *n.: l. 48*) (κράβ[β]ατος) *metr.* grā-: *l.27.*

lectus (humilis, vilis), cubile, stratum – (niedriges, einfaches Ruhe-)Bett, Liege, Lager(statt): **1** *in univ.:* VITA Audoini 6 (MGMer. V p. 557,16) requies -tti (abbati, sabbati *var. l.*) non de plumarum mollitiae, sed de lignorum congeriem construebat. 8 (p. 558,24) circa eius -ttum. VITA Hugberti 9 sanctus Dei -bbato (-tto *var. l.*) iacens. WIPO gest. 13 p. 35,10 super -um sauciati militis. DONIZO Mathild. epil. 1,65 languida -o redit officio celebrato. MIRAC. Annon. 1,66 p. 58,9 depositus de -tto straminibus in terram iactis superponitur. NICOL. BIBER. carm. 1665 pro peccato iacet eger ... -o. *al. meton. de cubiculo:* DUNGAL. (?) carm. 6,3,1 ne David *(i. e. Caroli Magni)* -um temptator callidus intret. **2** *lectus portatorius, gestatorium, lectica, feretrum – Tragbett, -stuhl, Bahre:* **a** *spectat ad aegros:* BEDA hist. eccl. 5,19 p. 328,23 ea *(infirmitate)* crescente adeo pressus *antistes*, ut ... portaretur in -o (grav- *var. l.*). ANSCAR. mirac. Willeh. 25 (26) in medio posita *(sc. paralytica)* c-tto (-o, -tto *var. l.*). LAMB. TUIT. Herib. 1,12 p. 195,2 iubet, ut domui Sancti Petri cum -tto ante crucifixum inferatur. 2,13 relictis -ttis (*antea:* gestatoriis) ... redierunt *feminae*. TAGENO descr. (MGScript. XVII p. 516,1) in -is equorum deferri. CHART. Carinth. 512 p. 396,15 in -o adducta *mulier contracta*. CARM. Bur. 131,2,12 ploro *(sc. Caritas)* cum sauciato, quem duplex Levi transiens non astitit -o (-tto *var. l.*). *al. v. p.693,14.* **b** *spectat ad (sanctos) mortuos:* VITA Arnulfi 23 sancta membra ... -o inponent *(A1,* inponunt *rell.; sc. clerici. inde* VITA Hugberti 2 [MGMer. VI p. 484,12] -bbato. *al.).* EIGIL Sturm. 15 p. 148,14 corpus sancti episcopi Bonifatii in ... ecclesia cum -o ... statuerunt. 16 p. 149,9. VITA Ansb. 32 (MGMer. V p. 639,1) eius ... -ttum in ... ecclesia ... mansit. *al.*

grabido *v.* gravedo. **grabiosus** *v.* glabrosus.

graccito (e(g)r-, cr-, grat(t)ito, -ido *sim.*), -are. *gingrire, strepere – schnattern:* CARM. de philom. 19 -at (e(g)raticat, graci-, grati-, gratt-, gratucat, gritat, -dat, cracitat, crocitat, circitat *var. l.*) improbus anser. CARM. Bur. 132,2a,8 anser c-at.

gracculus *v.* graculus. **gracia** *v.* gratia.

gracilentus (-cc-), -a, -um. *gracilis – zart:* ALDH. ad Acirc. 135 p. 187,29 exempla peonis tertii depromantur: ... macilentus, truculentus, -us (-cc- *F3*) *eqs.*

gracilesco, -ere. *gracilem, tenuem fieri – dünn werden, abnehmen:* Ps. GALEN. anat. 19 p. 197A si -at (gracilietur *var. l. p. 22,20*) dextra mammilla. 23 p. 204C in formatione ... vocis quanto magis elevatur peltalis et cimbalaris, tanto magis -it (agraciliatur *var. l. p. 27,22*) vox.

***gracilio** (-lo), -are. **1** *act. i. q. attenuare, minuere – schlank, dünn machen, verkleinern:* CIRCA INSTANS p. 30av ad mamillas -landas. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 206,12 signa, per que cognoscitur, quod falco timeat: ... extendit collum suum et -at. **2** *medial. i. q. attenuari, minui, gracilescere – schlank, dünn, wenig werden:* AESCULAPIUS 33 p. 51,2 -antur *hepatici* corpore. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 89,25sqq. ubi ... finiunt ossa ani, -antur spondilia caude et paulo post incrossantur ..., circa finem ... iterum -antur. GLOSS. Roger. I A 2,2 p. 586,43 totum membrum -atur. ALBERT. M. animal. 3,10 'venae primae' ... 'in primis ortibus suis sunt amplae, deinde -antur (*p. 512b,6* λεπτότεραι γίγνονται)' per divisionem. 12, 78 per illas *(venas)* procedit ... illa *(sc. aquosa)* humiditas -ando ..., donec *eqs. (ex Avic.). al. v. et p. 755,60. cf.* *aggracilio.

gracilis, -e. *script.:* cr-: *l.13.* grati-: *l.53.56. form. abl.: sing.* -e: ALDH. virg. II 2791 *(var. l.). ?plur.* -is: *l. 16. superl.* -issimus: *l.17. acc. sg. neutr. pro adv.: l.28.*

subtilis, angustus, procerus, tenuis – dünn, schlank, gestreckt, schmal, fein, 'grazil': **I** *proprie:* **A** *strictius:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* COMPOS. Luc. L 14 batte lamina<m> longa<m> et -e<m> (*sim.* L 17). M 1 ad aurum textum c-e. WALAHFR. hort. 57 siti metuens -es (gloss. L: de chleinun) torpescere fibras. THEGAN. Ludow. 19 p. 200,12 erat ... statura mediocri, ... tibiis longis et ad mensuram -is (-es, -bus *var. l.*). HILDEG. phys. 4,7 p. 239,16 -issimum (-illimum *var. l.*) 'werc' exterius super pannolum ... ponat *homo* (*sim.* 4,10 p. 243,25). ALBERT. M. animal. 19,28 p. 1260,13 'quaecumque animalia grossae cutis sunt ˻-is pili˼ (*p. 783a,2* λεπτότριχα), accidit eis ..., quia in talibus ex gracilitate (*cf. p. 783a,3* λεπτότεροι) pororum erit gracilitas pilorum'. *persaepe. v. et p. 295,41. 699, 68.* **b** *per compar.:* VISIO Godesc. B 7,2 ut instar crinium -es viderentur *peccatores*. RICHARD. ANGL. anat. I 403 quae *(venulae subtilissimae)* dicuntur capillares quasi -es ad modum pilorum. **c** *in alleg.:* CAES. HEIST. comm. 89 que *(Maria)* ... prefigurata est per virgam, que -is ... et sublimis esse solet. **d** *acc. sg. neutr. pro adv.:* THEOPH. sched. 3,53 p. 106,5 accipiens ... pennam anseris incisam -e sicut ad scribendum. **2** *anat.:* **a** *de venis sim.:* Ps. HIPPOCR. sang. 6 venas -es facit *sanguis caliginosus*. ANON. coit. 1,1,9 quibus ... vene -es et sanguinis est pauperies. ALBERT. M. animal. 3,70 natura venarum et nervorum omnium tam grossorum quam -ium. *al.* **b** intestinum -e *vel* intestina -ia *(de parte intestini tenuis ['Dünndarm']):* Ps. COPHO anat. 42 quaedam intestina latentia, quae vocantur -ia. MAURUS anat. I 92 -ia intestina sive ylia (*sim.* WILH. SALIC. chirurg. 4,4 p. 37,6 yleon seu -e intestinum). ALBERT. M. animal. 1,564 'quae *(intestina superiora)* -ia *(ex Avic. canon. 3,16,1,1 p. 312vb)*' sive subtilia vocantur. 13,93 continuatur intestinum longum, involutum, -e, propter quod ... -ia intestina vocantur. *al.* **B** *latius:* **1** *parvus – klein:* CHART. Brem. 87 p. 100,24 (c. 1200) cuilibet fratrum datur panis siligineus -is. CAES. HEIST. hom. exc. epist. p. 3,10 cuius *(exemplaris mei)* littera -is et stricta erat. **2** *fragilis – zerbrechlich (per pravam interpr., ut vid.):* ALBERT. M. animal. 3,79 'ova eorum *(piscium)* sunt -ia (*cf. p. 517b,6* ψαθυρόν)', debilis corticis. *al.* **3** *levis – leicht:* COMPOS. Matr. 46,3 cum permixta fuerint utraque *(sc. stagnum et aurum)*, peribunt, et fit -is materia; hanc teris in mortario. ALBERT. M. animal. 3,103 est *sanguis* spumosus -is spumae. *ibid. al. per compar. (spectat ad Vet. Lat. sap. 5,15):* EPIST. Hann. 108 p. 183,14 verborum ... procellas velut ... spumam ... -em (graticem *ex* -tilem *corr. H*, gurgitis *M1.2*) contempnebam.

II *translate:* **A** *gener.:* **1** *tener, debilis – zart, schwach:* ALDH. virg. I 53 p. 312,2 ab ipsa -illima cunabulorum aetatula. EPIST. Bonif. 29 p. 53,17 -is *(ex* grat- *corr. m. al. 2)* ingenioli rudimenta (*cf.* ALDH. ad Acirc. 4 p. 74,12 -is ingenii frutices). UFFING. Ida 2,6 p. 486,16 scientiae nostrae -illima scintillula. **2** *gratiosus – hübsch: v. vol. III. p. 738,20.* **3** *gratus – wohltuend:* CARM. Bur. 77,11,4 ut te sanem ... -i medela. **B** *spec.:* **1** *rhet. i. q. simplex, modicus – einfach, schmucklos:* HUGEB. Willib. 1 p. 88,11 -em opusculi huius coniecturam glomerando ordire. MILO Amand. II 1,99 -i sermone referre. **2** *mus. i. q. altus, acutus, canorus – hell(klingend), hoch:* REMIG. ALTISS. mus. 514,20 'cum a virili cantilena', id est robusta ..., 'transitus in femineos', id est -es, 'modos fit'. REGINO harm. inst. 14,30 hae tres ultimae ... cordae acutissimum et -iorem (grati- *var. l.;* gloss. Mc: i. suptiliorem) ceteris cordis reddunt sonum, unde et excellentes appellantur. WARN. paracl. 562 ad dextram partem *(sc. monochordi)* revehit cum musicus artem, corda manet stabilis fitque s o n u s -is (agilis *var. l.;* ARIBO mus. p. 7 altissime fidis s. -illimus). CASUS Petrish. 3,50 -em

[Pörnbacher]

vocem viros cantare . . . prohibebat *abbas. al.* **3** *techn.* opus -e *i. q. opus ferreum maioris subtilitatis – Kunstschlosserei, 'Kleinschmiedearbeit':* CHART. Westph. IV 1599 (a. 1280) aliquis de -i opere, ut quod dicitur theutonice 'kleynsmede'.

adv. **graciliter.** *modo subtili, tenuiter – dünn, fein:* ALDH. carm. 1,45 neque guttae -r manabant, sed minaciter *eqs.* THEOPH. sched. 2,31 p. 59,23 cui *(ferro)* lignum ita inseratur, ut in iunctura aequale sit ligno et ab ipso loco -ius sit deductum usque in finem, ubi omnino sit acutum *(ni spectat ad p. 756, 29).*

gracilitas (-ll-), -atis *f.* *parvitas, tenuitas – Kleinheit, Feinheit, Dünne:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* THANGM. Bernw. 9 cum ex tribus particulis sancti ligni quartam . . . excidere temptaret . . . nec -s vel parvitas . . . sectionem admitteret. ALBERT. M. animal. 3,8 'quae *(venae)* sunt . . . subtiles' quasi in -e capillorum. 4,41 'differentias . . . habent testae in spissitudine et -e (*p. 528a, 27* λεπτότητι)' sive tenuitate. *al. v. et p. 756, 21sq.* **b** *macies, tenuatio, debilitatio – Magerkeit, Abmagerung, Verkümmerung (fere usu medic.):* AESCULAPIUS 42 p. 71,13 corporis sequitur lassitudo, . . . malfactio, -s. DECRET. Frision. A 8 p. 55,16 pro . . . menbri -e (*cf.* LEX Frision. add. 3 p. 86,25 'smelido') . . . XXXVI solidi. TRACT. de aegr. cur. p. 298,35 colli et extremitatum. GLOSS. Roger. I A 2,8 p. 607,16 -llitas mamillarum in pregnante. *al.* **2** *translate:* **a** *subtilitas, simplicitas – Einfachheit, Schlichtheit:* AGOB. 4,13 l. 23 iuxta -em sermonis nostri. **b** *exilitas (vocis), vox acuta – Zartheit (des Tons), hohe Stimme, heller Klang:* WALAHFR. exord. 12 p. 486,27 quidam in oratione . . . voces muliebri -e summittunt. NOTKER. BALB. gest. 1,33 p. 45,16 cum . . . de -e vocis . . . causetur *Moses.* IOH. AFFLIG. mus. 5,18 ab ·a·a· usque ad ·d·d· *(i. ab notis duplicatis)* excellentes nominantur *monochordi litterae,* eo quod . . . superacutas *(sc. voces)* soni -e excellant.

***gracilo** *v.* *gracilio. **gracios-** *sim. v.* gratios-.

***gracocenderon, -drum** *v.* *coracoides. **gract-** *v.* gratt-.

graculus (cr-, gragu-, gratu-, -cc(h)u-, -celus, -cmus), -i *m. vel raro (l. 45)* **gracula** (graola, -cella), -ae *f.* *metr.* grā-: *l. 43.*

de avi e genere corvorum i. q. monedula, cornicula – Dohle, Krähe (cf. H. Leitner, Zool. Terminologie beim älteren Plinius. 1971. p. 131): **1** *in univ.:* ALDH. virg. II 224 -us (grag- *var. l.*) ater, qui segetum glumas . . . depopulare studet. EPIST. Bonif. 87 p. 196,24 (epist. papae) de volatilibus, id est -is (-cc- *4*) et corniculis atque ciconiis, quae . . . cavendae sunt ab esu. CARM. de philom. 28 crocitat corvus, fringulit et -us (c-, grace-, -cch- *var. l.*). CARM. Cantabr. A 23,5,2 clangit coturnix, -a *(ed.,* graola *V,* -ella *C)* resultat. *al. v. et vol. II. p. 762, 36.* **2** *proverb.:* YSENGRIMUS 4,528 -cculus et cuculo, quem fovet, hoste perit. CARM. var. (NArch. 2. 1877. p. 399) infantum custos c-us alterius. **3** *per compar.:* EPIST. Worm. I 36 p. 68,13 me -i more pennis gloriantis alienis literarum virgulta alibi compilasse. p. 68,22 (vs.; *v. notam ed.*).

***grada** *v.* *grata.

gradalis, -e *vel* ***gradualis,** -e. *script.:* cr-: *p. 758, 28.* granda-: AUREL. REOM. mus. 18,24 *(var. l.).* grata-: *p. 758, 53.* -del(is): *p. 758, 56.* -dalea: NOTAE Aschaff. add. (MG Script. XXX p. 758a,50 *[a. corr.]*). *form. subst. abl. sg.* -e: *l. 69.*

I *adi.:* **A** *gener.:* **1** *gradibus instructus, scalaris – mit Stufen versehen, Treppen-:* LAMB. ARD. hist. 77 -dalia superedificans meicula cameram camere superposuit *comes.* **2** *gradatim procedens – stufenweise voranschreitend (in imag.):* VISIO Godesc. A 30,4 -ualis . . . de claritate in claritatem promotio. **B** *liturg.:* **1** *qui in gradibus cantatur – an den (Chor-, Altar-)Stufen gesungen, 'Gradual-' (cf. p. 758, 46sqq.):* **a** responsorium -dale *sim. (de re v. H. Riemann, Musiklexikon, Sachteil. 12 1967. p. 345sqq.):* AUREL. REOM. mus. 10,11 ut alleluia et responsoria -dalia (-dalis, -ualis *var. l.*) oficii . . . insererentur. PONTIF. Rom.-Germ. 99,400 pro versu et responsorio cantatur responsorius -dalis 'haec est'. 99,411 primus scolae . . . incipit responsorium -dalem (cum -dale *var. l.*) 'haec dies'. 99,417 de versibus -dalibus infra albas. 101,17. *saepe.* **b** liber -dalis *('Gradualbuch', 'Graduale'):* PONTIF. Rom.-Germ. 99,420 in libro -dali vel antiphonario. LIBER ordin. Patav. 2,12 p. 963,34 (epist. papae) in -uali libro sive antiphonario. *saepe.* **2** *qui spectat ad* VII *horas canonicas officii diurni – das Tagzeitengebet betreffend:* **a** officium -dale *(de officio diurno; cf. DuC. IV. p. 91b, E. Kohlhaas, Musik und Sprache im gregorianischen Gesang. 2001. p. 17 adn. 25 et J. Viret, Le chant grégorien et la tradition grégorienne. 2001. p. 216 adn. 29; v. et l. 35):* CAPIT. reg. Franc. 22,80 omni clero: ut cantum Romanum . . . discant, et ordinabiliter per nocturnale vel -dale officium peragatur. **b** cantus -dalis *(de cantu officii diurni; v. et l. 66):* EPIST. var. II 6 p. 308,1 quamquam in -dali cantu, qui . . . auctoritate sanctarum scripturarum nitet, minime discordare possent *antiphonarii,* in nocturnali . . . , qui . . . ex sanctorum patrum dictis compositus extat, paucissimi in unum concordare reperti sunt.

II *subst. masc. vel neutr.:* **A** *gener. i. q. gradus, scalae – Stufe, Treppe:* LAMB. ARD. hist. 127 p. 624,30 -dalia et meicula de area in aream, de domo in coquinam *eqs.* **B** *liturg.:* **1** *de libro:* **a** *liber responsoria propria missae continens – Messgesangbuch, liturgisches Buch mit Gesängen für das Proprium missae, Gradualbuch, 'Graduale' (cf. J. A. Jungmann, Missarum Sollemnia. I. 1952. p. 84 et LThK. 3IV. p. 973):* **α** *def.:* AMALAR. antiph. prol. 18 notandum est volumen, quod nos vocamus antiphonarium, tria habere nomina apud Romanos; quod dicimus -dale, illi vocant cantatorium. **β** *exempla:* TRAD. Frising. 646 (a. 842) tradidi *(sc. presbyter)* . . . -dalem I, antephanarium I. EPIST. var. III 2 p. 132,7 dedi *(sc. monachus)* . . . -dale Alexandrinum optimum I. CATAL. biblioth. A I 92 IIII cradalia, II antiphonarii, I cum cradale. CATAL. thes. Germ. 78 missalia II, in quibus evangelia, epistolae et -dale (grad *cod.*) continentur. TRAD. Frising. 1322 in quo *(libro)* . . . martyrologium, -uale, missale liberque comitis continentur. GESTA Trud. cont. I 8,5 p. 274,6 -uale (-dale *var. l.*) unum . . . scripsit . . . musiceque notavit *abbas.* ANON. IV mus. 2 p. 46,7 qui *(magister)* fecit . . . librum organi de -dali et antifonario pro servitio divino multiplicando. *persaepe.* **b** *liber responsoria officii continens – Antiphonar (cf. R.-J. Hesbert, Corpus antiphonalium officii. I/ IV. 1963/70; v. et l. 3):* TRAD. Ratisb. 48 p. 92,28 (c. 863/85) -dalia II, nocturnalia II (*sim.* CATAL. biblioth. A IV 5 p. 25,43 -dale et nocturnale bene notati). **2** *de antiphona, responsorio sim.:* **a** *de cantu proprii missae inter epistolam et evangelium insertus i. q. responsum, responsorium – 'Graduale' (im Proprium missae; cf. Jungmann, op. cit. [l. 20], p. 546. 553 et R.-J. Hesbert, Antiphonale missarum sextuplex. 1935):* **α** *def.:* HRABAN. inst. cler. 1,33 l. 28 responsorium . . . istum quidam -dale (generale *var. l.*) vocant, eo quod iuxta gradus pulpiti cantatur. AUREL. REOM. mus. 20,13 quod *(responsorium)* -dale dicitur a gradibus ei nomine imposito. RUP. TUIT. off. 1,34 dicitur . . . -duale a gradibus humilitatis. HONOR. AUGUST. gemm. 1,96 -uale a gradibus dicitur, quia in gradibus canitur, hoc etiam responsum vocatur. *al.* **β** *exempla:* LEX Alam. 15,2 qui *(clericus)* in gradu (grado, gradum *var. l.*) in ecclesia publica lectionem recitat vel -talem (-dalem, -dale *var. l.*) . . . cantaverit. ORD. Cas. II 10 (cod. A) ad ipsam *(missam maiorem)* legunt lectionem de Apostolo, -dalem et tractum. ORD. Rom. 9,14 qui *(cantores)* -dalem (-delem *var. l.*) vel alleluia cantaverint, si in gradu quolibet fuerint ordinati. CONSUET. Marb. 162 in festivis . . . diebus duo -uale . . . in pulpito cantabunt. ALBERT. M. miss. 2,4capit. de -uali, quod epistolae adiungitur. *persaepe. v. et p. 757, 69.* *alleg.:* RUP. TUIT. off. 1,34 -uale (-dale *var. l.*) ad paenitentiae respicit lamentum. HONOR. AUGUST. gemm. 1,14 per -uale conversio ecclesiae de Iudaeis intelligitur. 1,18 -uale significat vocationem apostolorum. *al.* BERTH. RATISB. serm. (ZKirchGesch. 39. 1921. p. 79,34) sequitur -uale, quod significat ascensum, quia *eqs.* *iron.:* YSENGRIMUS 7,109 aliter -uale sonabit, donec *eqs.* 7,197. 7,213. **b** *de cantu officii i. q. responsum breve q. d. – Kehrvers, Versikel:* **α** *in laudibus matutinis:* CONSUET. Trev. 48 in matutinis laudibus unicuique *(sc. psalmo)* sua antiphona imponenda est et ultimam sequitur -uali (*leg.* -uale) 'haec dies' *(v. notas ed.).* **β** *in vesperis:* CONSUET. Trev. 49 p. 306,20 tribus psalmis sub alleluia canendis sequitur -uale cum alleluia, ipsius diei sequentia, 'magnifi-

[Pörnbacher]

cat'. **3** *de cursu i. q. officium diurnum – Tagzeitengebet:* CAPIT. episc. II p. 93,15 ut dominicas et festivitates precipuas excolere per -dale suum et nocturnalem canticum non ignoret *(sc. clericus).* **4** *plur. i. q. psalmi graduum – Gradualpsalmen:* CONSUET. Eins. 75 p. 250,13 de officiis ... post nocturnos: ... resident cuncti ... cantantes psalmos *eqs.*, quindecim -uales.

***gradalarius** (gratha-), -i *m.* (gradalis; *per analogiam ad* *antiphonarius *sim. formatum, ut vid.*) *liber gradalis – 'Graduale' (usu liturg.):* CATAL. thes. Germ. 26,24 (s. XII.in.) sunt ... in hac ecclesia ... I antiphonarius ..., III grath-i.

gradando *v.* 1. gradior. **1. gradans** *v.* 1. gradior.

2. gradans *v.* grator.

gradarium, -i *n.* *c. gen. inhaerentiae: l.20. series graduum, scalae, ascensus – Treppe, Stufenleiter, Aufstieg (in imag.):* ACTA imp. Winkelm. I 492 (s. XIII.med.) constat ... litteralem scientiam esse singulare -um ad virtutes. 496 p. 414,17 que *(scientia)* ... -a construit ad fastigia dignitatum. ACTA imp. Böhmer 923 p. 634,16 (spur.) auctoritas ... eligendi ... reges ... ad adversum imperii solium per huius scale -um ascensuros.

gradarius, -i *m.* *equus (militaris, ambulans) – Reit-, Passpferd, Zelter:* HUGO TRIMB. sols. 1,20 quam *(missam)* miles ... apud ipsum *(iuvenem)* pro suo -o comparavit, qui ... iuvenis accepto equo et missa vendita *eqs.*

gradata *v.* 1. gradatus.

gradatim *adv.* **1** *per gradus – schritt-, stufenweise, Schritt für Schritt, von Stufe zu Stufe:* **a** *proprie:* HUGEB. Willib. 3 p. 91,14 -m ... peragrantes. DIPL. Otton. II. 183 per quam *(porticum)* -m ascensus et descensus est in palatium. *v. et p. 762,26.* **b** *in imag.:* Ps. ODO CLUN. abac. p. 301b,7 per continuos arcus -m descendas. CONSTANT. AFRIC. theor. 7,3 p. 31br aut ... continuatim ... aut -m minoratur *pulsus*. HONOR. AUGUST. gemm. 1,96 graduale ideo cantamus, quia 'de virtute in virtutem' -m 'ire' debemus *(spectat ad Vulg. psalm. 83,8).* CHART. Mar. Magd. 135 p. 122,42 ut, quemadmodum eadem decima de manu in manum descenderat inpheodata, ita -m ascendendo nobis extitit libere resignata. **c** *translate (per compar.: l.64):* **α** *spectat ad ordinem: continenter – der Reihe nach, nacheinander:* RADBERT. corp. Dom. 4,59 sicut ... infantia nostra prius pertingit -m ad lectionem, deinde ad spiritales scripturarum sensus ..., sic *eqs.* ALBERT. STAD. chron. a. 1125 super quatuor eorum *(imperatorum)* tumbas -m invenies scriptum: *'eqs.'* CHART. Westph. III 897 quam *(decimam)* ... ab ipso *(Conrado)* deinceps Albertus ... et ab Alberto deinde Themo ... in feodo -m tenuerant. HUGO TRIMB. registr. 518 ponantur *gesta sanctorum* ... breviter in ordine -m. *al. pedetemptim, successive – allmählich, nach und nach:* GODESC. SAXO theol. 1 p. 85,13 ut ... aliqua sensim, paulatim et -m ... dicamus (*sim.* VITA Godefr. Cap. I 5 p. 111,23 sensim atque -m). VITA Liutb. 4 cottidie -m suae perfectionis cumulum augens. THIETM. chron. 1,3 ut bonae indolis -m enituit *Heinricus* tiro. ALFAN. premn. phys. 1,11 p. 7 Creator ... -m (*PG 40,508A* ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον) et per modicum coniunxit adinvicem diversas naturas (*sim.* 1,13 p. 8). CONSUET. Vird. 19 dum sacerdos dixerit 'gloria in excelsis Deo', statim -m pulsabuntur omnes campanae *(spectat ad officium sabbati sancti q. d.). al. v. et p.762,54.56.* **β** *spectat ad seriem sonorum ('Ton um Ton', usu mus.; cf. LexMusLat. vol. II. s. v.):* Ps. HUCBALD. ton. 329 (p. 177) a primo ad extremum melodia -m debet et moderate in altum excrescere. ODO inton. p. 120a omnis antiphona incipiens in gravi, ascendens ad a acutum -m, debet habere tale 'seculorum' *eqs. saepe. v. et p. 624,35. per compar.:* FRUTOLF. ton. p. 173 quasi -m superius feruntur *differentiae.* **γ** *spectat ad cognationem, generationem:* ALDH. ad Acirc. 2 p. 68,21 post nepotum et pronepotum progeniem -m produxit avorum et proavorum genimina dinumerans *Lucas.* **δ** *spectat ad dignitatem, officium:* CAPIT. episc. II p. 128,5 ut clerici ... ad ordinationem -m veniant et non confuse. HROTSV. Theoph. 15 provectus honore -m perveniebat ad officium. HERM. IUD. conv. 20 p. 122,13 -m ad ordines canonicos ascendi. SUMMA dict. Saxon. 7,9 p. 237,5 omnis appellacio -m fieri debet, videlicet a plebano ... ad archidiaconum *eqs. al.* **2** *forma, instar graduum – in Absätzen, stufenförmig:* OLIV. hist. Dam. 38 p. 237,1 civitas ... -m murata primum murum habet humilem ..., secundum altiorem *eqs.* *usu anat.:* ALBERT. M. animal. 1,522 velamen ..., quod est in ipso *(cerebro),* -m positum est *eqs. (cf. Avic. canon. 3,1,1 p. 165rb,49).*

gradatio (-cio), -onis *f.* **1** *rhet. i. q. ascensus, climax – Ausdrucksteigerung, 'Klimax':* ONULF. rhet. 16 ut ... per -em loquar oratoriam. RUP. TUIT. medit. 1,19 p. 377A si rite considerasti -em hanc, primum reatum, quo reus quis est iudicio, deinde *eqs.*, tertio *eqs. (cf. Vulg. Matth. 5,22).* CONR. MUR. summ. p. 89,137 (vs.) in vocem graditur de voce -o. *al. v. et vol. II. p. 725,9.* **2** *natur. vel medic. i. q. progressio gradata – schrittweises Vorrücken:* Ps. GALEN. anat. 14 p. 192B ut fiat -o faecis contentae in cibo *(ci.,* orbo *ed.)* ad ipsum *(colon)*, ne simul tota faex ad unum descendat *(cf. Avic. canon. [cit. l.28]).*

1. gradatus, -a, -um. *ellipt. vel subst. fem.: l.33. in similitudine graduum factus vel dispositus – stufenähnlich, abgestuft:* **1** *proprie de solario (cf. p.763,36):* WILLIR. carm. 8,17 hoc horologium sub Achaz fuerat fabrefactum atque per horarum discrimina nota -um. **2** *in imag. vel translate:* **a** *natur. i. qui per gradus fit – schrittweise voranschreitend:* ALBERT. M. animal. 1,568 fecis aggregatio et -a ordinatio ad expellendum, postquam subtiliter perscrutatae fuerint miseraicae, si sit in eo aliquid de cibo (*cf. Avic. canon. 3,16,1,1, p. 313rb* aggregatio fecis et expressio eius et gradatio eius ad expellendum post subtilem perseverationem *[leg.* perscrutationem, *cf. l.26]* fecis ex cibo, si fuerit in eo). **b** *mus.:* BERNO ton. p. 79b,3 per quilismata, quae nos -as neumas dicimus, ... modulantur *antiphonae. ellipt. vel subst. fem. de neuma quadam:* ARIBO mus. p. 66,17 tremula est neuma, quam -am vel quilisma dicimus, quae longitudinem ... duplo longiorem cum subiecta plana virgula denotat (*item* COMM. microl. 62 p. 153). **c** *geom. i. q. latera inaequalia habens – ungleichseitig:* ALBERT. M. anal. post. 1,2,13 p. 53b,9 scalenon (*p. 74a,27* τὸ σκαληνές) sive -us *(sc. triangulus)* habet tres *(sc. angulos)* duobus rectis aequales. *per compar.:* GERB. geom. 5,3 scalenos est *trigonus*, qui omnia latera sibi inaequalia invicem continet, dictusque scalenos quasi -us, eo quod velut gradibus de uno in aliud transfertur latus *(spectat ad Boeth. arithm. 2,25 p. 114,7sq.).*

2. *gradatus (ag-) *subst.* *neuma quaedam – eine Neume: v. l.63.*

gradenter *v.* grator.

gradibilis, -e. **1** *adi. i. q. pervius, commeabilis – begehbar:* CHRON. Albr. a. 1218 p. 907,43 Sequana et Ligeris congelati ... -es viantibus se prebuerunt *(ex Wilh. Brett.).* **2** *subst. neutr. i. q. animal ambulabile – zum Laufen befähigtes Lebewesen:* ALBERT. M. praedicab. 9,2 p. 145,23 'sensibile, quod est differentia' generis -ium, miscetur cum rationali.

***gradiculum** (crati-), -i *n.* (-a, -ae *f.: l.55*) *(parvus) gradus – (kleine) Stufe:* VITA Pard. 10 (MGMer. VII p. 31,18) ad crat-as (grados *1*), ubi fratres ad psallendum ⌞se supponere soliti sunt⌟ (stare consueverunt *1*). *accedente notione mensurae:* COMMEM. de casis Dei (ed. T. Tobler, Itin. Hieros. I. 1879. p. 304,24; s. IX.in.) -a ad subeundum vel descendendum VII millia DCC. (op. cit. p. 304,27) quando descendis de Ierusalem in vallem Iosaphat, ... habes -a CXCV *eqs.*

***gradicus** *subst.* *neuma quaedam trium vocum – dreitönige Neume (cf. LexMusLat. II. p. 138):* TABULA neum. p. 52 bisticus et -us ..., gradatus (agradatus *G*), atticus, astus et pressus minor et maior, non pluribus utor.

gradiens *v.* 1. gradior.

***gradina,** -ae *f.* (*orig. inc., ni subest* cratis) *mensura quaedam (auri) – ein (Gold-)Maß:* INSTIT. regal. 10 (MG Script. XXX p. 1455,1; s. XI.in.) debent *auri levatores* ... aurum comparare, -am solidos duos, idest octava pars unzie *eqs. (v. notam ed.).*

1. gradior, -i *vel rarius* **gradio,** -ere. *script.:* gre- *(retrograde; cf. ThLL. VI/2. p. 2137,36sqq.): p.761,42.* grand-:

[Pörnbacher]

l.23. form.: perf. -ierunt: *l.22. adde* CHRON. Salern. 12 p. 18,28. *al. inf.:* -ire: *l.16.41.* ?-iare: *l.35. partic. fut.* -turus: ALDH. virg. I 7 p. 235,19. 22 p. 253,21. *praevalet intrans.; trans.: l.12.13.41. al. pendent praep.:* cum: *l.22.* inter: CHRON. Salern. 158 p. 164,29. per: *l.46.51.* post: *l.30.* sub: *l.38. partic. praes. usu subst.: l.15.40. inf. praes. usu subst.: l.35.*

vadere, incedere, ire, ambulare – (zu Fuß) gehen, (herum)-gehen, (be)schreiten, laufen: **1** *proprie:* **a** *strictius:* ARBEO Emm. 21 aliquotiens eum *(dementem)* per altitudine turrium -ere (currere *var. l.*) contigit. HUGEB. Wynneb. 2 p. 107,28 arida terrarum -bant *(sc. fratres cum patre)* gramina. p. 107,32 iterum -bant (inchoabant *3*) viam. WALAHFR. Wett. 926 surgit -iturque valenter. WALTHARIUS 1201 si vel mussantes sentiret vel -entes. VITA Gebeh. Const. 1,21 Domini dilectus claudum ... propriis -ere (-ire *2*) fecit plantis. *persaepe. v. et p.762,46. 48. de animali:* ALDH. ad Acirc. 49,6 pedibus -or *(sc. tippula)* super aequora siccis. **b** *latius:* **α** *progredi, iter facere, (com)migrare – (einher)ziehen, marschieren, vorrücken:* ARBEO Corb. 8 sicut manna Ebreorum populo per desertum -enti ... diversum reddebat saporem. CHRON. Salern. 58 princeps ... cum suis ... c u n e a t i m Capuam -ierunt (147 p. 153,24). *al. de sideribus:* ALDH. ad Acirc. 19,3 arce poli -imur (gran- *a. corr. A; sc. Pleiades*). 92,3 per caelum. POETA SAXO 3,571 Phebus ... Arietis ... -ens in signa. *al.* **β** *aggredi, adire – sich nähern, hinzutreten:* RHYTHM. 90,10,5 Moyses vocatus ..., ut nuda planta -ret terraque sancta tangeret *(spectat ad Vulg. exod. 3,5)*. VITA Boniti 40 (MGMer. VI p. 138,19) cum ... reliquiae urbi eminus -rentur. **γ** *sequi – nachgehen, folgen:* BENZO ad Heinr. IV. 2,4 p. 204,14 -emur *(sc. senatores)* post sua *(sc. regis)* vestigia. **δ** *?saltare – ?tanzen (ni spectat ad p.762,50):* FROUM. carm. 19,23 nunc varios sum fac<turus> cum carmine ludos, ... hic habitu vario sit primus in ordine Gitto; ... in pedibus proprios ... suos superaddite *(sc. nani)* soccos, hic pariter -are suis Sigihardus *(sc. monachus)* amicis porrigat *eqs.* **ε** *de navi i. q. vehi – fahren:* TRANSL. Conr. Const. 8 p. 444*b,61 sub undis ... navis hominibus onusta ... -itur ... nec mergi potuit. **2** *in imag.:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* VITAE patr. Iur. 50 hortatus est *Romanus* ... in religione -entes. PASS. Leod. 8 (MGMer. V p. 291,3) per iustitiae callem inflexibile iter -ire (-ere, -i, ingredi *sim. var. l.*). EPIST. Bonif. 13 p. 20,12 illa *(soror)* arduam ... greditur (gra- *corr. m. al. 2*) c a l l e m (HROTSV. prim. 88 c. -iens pietatis). ALCUIN. epist. 120 duos digessi libellos, unum prosaico sermone -entem ..., alterum Pierio pede currentem. PETR. DAM. Rom. 3 p. 19,4 nonnullos per lata -entes remissius vivere. CHART. archiep. Magd. 394 p. 517,3 predecessorum ... regia via -entium iter sequi. *saepe. v. et p.760,13.* **β** *c. notione persequendi i. q. studere – verfolgen, streben (nach; usu impers.):* ALFAN. premn. phys. 18,8 p. 98 secundum Deum ... viventi per solas -endum (*PG 40,680B* μεταδιωκτέον) est necessarias ... delectationes. **b** *mus.:* Ps. ODO CLUN. dial. 13 p. 260a in descensione vel ascensione potius saliendo quam -endo vadit *modus.* ODO ARET. ton. B p. 81,15 (vs.) hi resonant celsa tantum spiramina quinto *(sc. modo)*, hic -itur sexto, nec horum lege tenetur. *per compar.:* IOH. AFFLIG. mus. 9,4 sicut ... omne tempus per septem dies currit, ... sic musica per septem ... vocum varietates -itur. **3** *translate:* **a** *protendi – sich erstrecken:* DIPL. Heinr. II. 430 p. 551,33 simul -itur *forestis* in Othilanham ..., mox pergit ad Rikillahusum ... sicque protenditur in viam, que *eqs.* **b** *transire – übergehen (in):* ALBERT. M. animal. 7,4 secundum quod participant *animalia* unum praedicatum, oportet, quod ... participent naturam illius praedicati, eo quod illa 'natura' secundum participationem ... paulatim '-itur' (*p.588b,4* μεταβαίνει) in eis in comparatione ad aliquod unum animal, quod perfectissime participat naturam et praedicatum illud *eqs.* **c** *valere – gängig, im Umlauf sein:* CHRON. Salern. 57 dux ... affirmavit, ... suos numismatibus in ipsa civitate pre mercimonia -rentur. **d** *versari – weilen:* CHRON. Salern. 60 p. 60,4 que (*leg.* qui) dudum in mercimonio per Calabrie fines -bant, postmodum *eqs.*

subst. **1. gradiens,** -entis *n.* *animal ambulabile, quadrupes – zum Laufen befähigtes Lebewesen, Vierfüßler:* HONOR. AUGUST. hex. 3 (PL 172,258B) de terra ... tria *(sc. genera)* formantur, ... -ia, reptantia, serpentia.

2. gradiens. *neuma quaedam – eine Neume (cf. LexMusLat. vol. II. s. v.):* TABULA neum. p. 54 nomina neumarum ...: percutiens, torquens, saliens, ... descendens, punctus, -ens. *cf.* *grador.

2. *gradior, -iri *vel* ***gradio,** -ire. (gratus, *cf. ital.* gradire) *laetari, gratulari, grato animo percipere – fröhlich sein, mit Freuden aufnehmen:* CHRON. Salern. 41 in prediis -bant *Beneventani* ... et exultabant. 79 p. 76,16 valde gavisus est *populus* atque, ut id fieret, omnimodis -batur.

gradipes (ga-, -irupes, -pe), -edis *f.* (*cf.* βραδύπους) *avis tarda – Trappe:* CARM. didasc. 577 cum merula -s (ga-, -irupes *var. l.*), cum turture rauca palumbes, tendit cum pico pica loquax vario. CARM. de nat. animal. 1679 est volucris tarda -s (-pe *B*) et tarda vocata. *per confusionem de vulture:* ALBERT. M. animal. 23,144 vultur ... propter eamdem *(sc. cibi)* gravitatem libentius in terra sedet ..., propter quod ab antiquis -s vocabatur.

***graditer** *adv.* *per ordinem, successive – der Reihe nach, in Folge:* ODO ARET. ton. B p. 89,10 (vs.) consuit in senis -r inclita tribus adeptis.

***graditivus,** -a, -um. *scansilis – Steig-, Stufen-:* GALB. Karol. 62,7 artifices arietis ascensoria -a erexerant in altum ..., quatenus usque ad murum ... gradatim possint ... progredi.

gradivus, -a, -um. *per largam interpr. Martis epitheti, ut vid. (cf. e. g. Serv. Aen. 3,35 et Isid. orig. 8,11,52):* **1** *proprie pro nomine vel epitheto cuiusdam deitatis Samiae:* AETHICUS 98,26 convenite, date oscula; sacra G-a, agea (*i.* hagia) *eqs. (v. notas ed. et comm. p. XXXI).* **2** *translate:* **a** *passu militari gradiens – in Marschordnung vorrückend, Marsch- (cf. H. Hoffmann, DtArch. 54. 1998. p. 487):* RICHER. REM. hist. 1,8 qui *(barbari)* cum -o incessu propinquarent, armorum luce ... cogniti sunt. **b** *de cursu siderum i. q. ascendens – aufsteigend:* CARM. de elev. Frodob. (AnalBoll. 5. 1886. p. 63, 25; paulo post 872) dum sol squamigerorum, quos Februi medio conscendit calle -o, intrasset partem quartam *(cf.* ADSO Frodob. 30 [MGMer. V p. 84,14sq.] primam diem quadragesimalis abstinentiae delegerunt. *v. et ibid. adn. 2).*

adv. ***gradive.** *passu, ordine militari – im Marschschritt, in Marschordnung:* RICHER. REM. hist. 1,45 procedit exercitus et magnanimus -e *(in marg.)* in hostem accelerat.

***grador,** -ari. *?inf.* -iare: *p.761,35.* **1** *ire, ambulare – gehen, wandeln, schreiten:* VITA Boniti 14 (MGMer. VI p. 126,23) cum ... propter urbem ... peregrina -retur *(1,* graderetur *rell.) mulier.* 40 (p. 138,23) cumque ... episcopus ex urbe pignora humeris deferens -retur *(1,* graderetur *rell.)*. DHUODA lib. man. 10,2,56 (vs.) senioribus teneris membris -ans cursu peragrans *iuvenis. ?saltare – ?tanzen: fort. huc spectat p. 761,35.* **2** *abl. gerund. pro adv. (cf. Leumann-Hofmann, Gramm. II. p. 380²) i. q. gradatim, paulatim – nach und nach, allmählich:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 143,24 quod -ando (gradatim *R*) subtrahatur cotidie de quantitate malarum *(sc. carnium)*, et postquam habebuntur carnes meliores, addatur paulatim et gradatim aliquid quantitatis. *cf.* 1. gradior.

***graduale, *gradualis** *v.* gradalis. **gradulor** *v.* gratulor.

1. gradus, -us *m.* (-um, -i *n.: p.766,68. fort. add. l.63*) *script.:* cr-: ALCUIN. epist. 42 p. 86,32 *(var. l.).* gred(us): IULIAN. TOLET. Wamb. 20 *(1d).* grand(us): LEX Ribv. 91,1 *(var. l.).* grat(us): *p.766,66. adde* FORM. Bitur. app. 9 p. 180, 20. *al.* gradu(us): WILLIB. Bonif. 7 p. 38,9 *(1). form.: sing.: nom.* -um: RADBERT. corp. Dom. 12,92 *(var. l.). gen.* -u: WILLIB. Bonif. 5 p. 25,2 *(1). dat.* -u: ALCUIN. epist. 258 p. 416,16 *(var. l.). acc.* -u: *p.764,54. abl. pl.* -ubus: *p.765,70. decl. II.: p.758,52.763,45.764,35.766,37. adde* FORM. Senon. II add. 4,3 (ed. Walstra). *saepe. metr.* grādū: HROTSV. Pelag. 216.

I *passus, gressus, incessus – Schritt, Gang, Marsch:* **A** *proprie:* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* TRANSL. Chrys. et Dar. 30 custos ... ad secretarium -um retorsit. AGIUS vita Hath. 21 -um ... revocavit *mater.* TRANSL. Libor. I 38 (30) -um movere

[Pörnbacher]

(*sim.* HARTW. Emm. 85). METELL. exp. Hieros. 6,294 -u . . . properante. CAES. HEIST. Engelb. 1,8 p. 247,3 qui statim in -bus -um figens *eqs*. ALBERT. M. animal. 1,51 composito -u incedit *pavo*, ne maculetur. *persaepe.* **b** *milit.:* POETA SAXO 1,210 -u celeri Wisuram pervenit ad amnem. LIGURINUS 2,365 rapido . . . -u petit oppida princeps. HIST. peregr. p. 164,35 imperator . . . prime aciei -um sistere precepit. p. 165,27. *al.* **c** *techn. de mensura:* GERB. geom. 3,9 -us recipit cubitos II *eqs*. 3,10 passus continet -um unum et bissem. 3,23. *al.* Ps. BOETH. geom. 533 duodecim mensurarum genera . . ., quorum haec sunt nomina: miliarium, stadium, . . . passus, -us, cubitus. *al.* **2** *in ludo scaccorum ('Zug'):* CARM. var. III C 8 sunt quibus *(equitibus)* obliqui multiplicesque -us. **B** *in imag. vel alleg.:* GODESC. SAXO theol. 7,2 p. 180,17 quisnam . . . sit -us ille, de quo . . . David dixit Ionathae: *'eqs.' (Vulg. I reg. 20,3)*. WILLIB. Bonif. 5 p. 25,5 eum . . . ad huius *(sc. ordinationis episcopalis)* propositi -um instigavit *Willibrordus*. EPIST. Hann. 52 p. 99,8 te de -u, quem certo pede nunc tenes, non retrahere. METELL. exp. Hieros. 6,626 siste *(sc. rex Babylonicus)* -um lingue. *saepe*.

II βαθμός, *pars scalarum – Stufe, Staffel:* **A** *proprie (in descriptione terminorum: p.764,28. al.; usu plur. interdum i. q. scalae – Stiegen, Treppe, Leiter, e. g. l.29.70; usu sing.: l. 31):* **1** *in univ.:* CONC. Karol. 19D p. 131,7 surgens . . . princeps de sella regia stetit supra -um suum. WALAHFR. Mamm. 22,19 per omnes . . . -us *(sc. amphitheatri)*. NOTKER. BALB. gest. 1,6 p. 9,12 cum . . . ministri . . . caballum eius *(episcopi)* ad ⌞-us ascensionum⌟ (ascensionis -us, ascensionem -us *var. l.*) adducerent. VITA Rigob. 11 (MGMer. VII p. 68,15) -bus adiectis. 22 (p. 75,6) subpositis. HROTSV. Mar. 289 ascensum -uum . . . ter quinque supinum . . . currit. Dulc. 6,1 de -u praecipitemus *(sc. ostiarii Dulcitium)*. THANGM. Bernw. 25 quos *(duos)* . . . pedibus per -us tractos semivivos . . . ante imperatorem proiciunt. *persaepe. v. et l.3.* **2** *de solario (cf. ThLL. VI/2. p. 2162,12sqq., spec. 15):* EKKEH. IV. bened. I 26,118 artis Achaz (gloss.: horologium eius) ternas quartus -us indicat horas (gloss.: quarta linea tertiam horam signat; *cf. Vulg. IV. reg. 20,9/11*). **3** *de loco publico:* CHART. Rhen. med. I 252 p. 309,21 (a. 979) data Treviris . . . in -bus iuxta aulam publicam. THIETM. chron. 6,98 sedens *episcopus* . . . in solio summi -us. HERBORD. Ott. 3,17 p. 179,6 erant . . . ibi *(sc. in foro)* -us lignei, de quibus precones et magistratus ad populum concionari soliti erant. **4** *de -bus chori, altaris ecclesiae sim. ('Chor-, Altarstufen'; pulpiti: p.758,46):* ORD. Rom. 15,20 (c. 775/80) accipiens lector codicem ascendit ad legendum in -o (-u *var. l.*). 5,18 pontifex . . . in superiorem ducendus est -um, non omnino ad altare. NOTKER. BALB. gest. 1,18 p. 22,24 post evangelii lectionem ascendit *episcopus* ad -us quasi ad alloquendum populum. GERH. AUGUST. Udalr. 1,13 l. 34 sepulchrum Sinperti episcopi in choro iuxta -us situm. CONSUET. Bamb. p. 306,1 novicius . . . ad -us summi altaris veniat tenens cedulam. *persaepe. v. et p.758,47.52.760,55.* **5** canticum -uum *i. q. psalmi gradales – Gradualpsalmen (usu liturg.; cf. ThLL. VI/2. p. 2157,17sqq. et p.764,56sqq.):* CONSUET. Vird. 8 p. 387,6 fratres ex septem specialibus psalmis unum cum totidem ex cantico -uum cantabunt. PETR. CAS. (?) chron. 4,4 p. 470,17 psalmi de canticis -uum *(ex* canticum gradum *corr. cod.)*. CONSUET. Marb. 19 facta trina oratione *(sc. ad nocturnos)* . . . canticum -uum cantetur hoc modo: primi quinque psalmi pro defunctis *eqs. saepe. in titulo libri (spectat ad Aug. in psalm. 119/133):* CATAL. biblioth. A 54 p. 263,33 (s. IX.2) Augustinus . . . super cantica -uum. *al.* **6** *de -bus basilicae Vaticanae:* POETA SAXO 3,616 ad limina magnę basilice Petri . . . venit et in -bus templi . . . constitit ipse. ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 896 p. 128,18 ante paradisum loco, qui dicitur -bus S a n c t i P e t r i (PETR. CAS. [?] chron. 4,37 p. 503,21 usque ad S. P. -us. OTTO FRISING. gest. p. 3,34 [epist. Frid. I. imp.] domnus papa . . . ad basilicam S. P. nos precessit et ad -us . . . nos suscepit). *saepe.* **7** *in nominibus:* **a** *ecclesiarum vel coenobiorum* S. Maria ad G-us, in G-bus *('St. Maria zu den Stufen', 'zu den Staffeln', 'Maria Stiegen' sim.):* **α** *Coloniae ('St. Mariengraden' sim.; cf. Atlas zur Kirchengeschichte. 2004. p. 41A B4):* LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 244,9 in loco, qui dicitur ad G-us titulo Sanctae Mariae. CHART. Stab. 172 p. 357,2sqq. decanus de Sancta Maria ad G-us *eqs*. CHART. Sigeb. 81 p. 174,10 acta sunt hec . . . Colonię apud Sanctam Mariam ad G-us. *al. adde:* VITA Annon. I 2,8 p. 486b,55 in G-bus, qui Coloniae insignis habentur. **β** *Moguntii ('Mariagreden'):* CHART. Otterb. 23 (a. 1217) quod . . . impetrassem . . . decanum Sancte Marie ad G-us Moguntii. CHART. ord. Teut. (Thur.) 20 p. 24,1 (dipl. Frid. II.) a fratribus ecclesie Sancte Marie ad G-us Maguntine. *adde:* CHART. Eberb. 398 p. 162,15 (a. 1266) ex opposito G-uum iuxta portam Piscium. **γ** *Aretii ('S. Maria in Gradi'):* ACTA imp. Stumpf 471 p. 663,12 (dipl. Heinr. V.) confirmavimus . . . plebem Sancte Marie in G-bus. **b** *domus:* TRAD. Ratisb. 1057 p. 539,33 (c. 1267/77) que *(domus)* vocatur in G-bus. **c** *hominum:* TRAD. Patav. 1009 (a. 1222/23) Heinricus in G-u, Heinricus Pledingaer. ACTA civ. Wism. A 677 que *(discordia)* fuit inter . . . Margaretam de Gnewesmolen et Bernardum de G-u (*cf.* 1123 cum . . . Bernardo Grade). **8** *axiculus (scalarum) – (Leiter-)Sprosse:* GALB. Karol. 81,40 avulsit *miles praecipitatus* -um ascensorii. LIGURINUS 4,555 iungentes *iuvenes* nexibus hastas scalarum simulare -us. BRUNUS LONG. chirurg. 1,20,3 p.118G ut ponas adiutorium super -um scalae, qui iam involutus est pannis *eqs.* WILH. SALIC. chirurg. 3,21 p. 349B patientis suspensio ad -um scalae manualis. *al.* **9** *basis, crepido, limen – Grundmauer, Schwelle:* LIBER ordin. Rhenaug. p. 138,14 super -um sanctuarii consistentes *(sc. clerici)*. CHART. ord. Teut. 44 terra sic terminatur, videlicet a -u . . . turris magistri . . . burgi . . . usque ad territorium episcopi. CHART. civ. August. 21 p. 19,22sqq. nichil amplius quam unum -um, per quem fiat introitus ipsorum domui, debent *cives* in eadem area . . . edificare, sub quo -u et in fossa . . . confratres . . . debent . . . edificare. *al.* **B** *per compar.:* Ps. BOETH. geom. 366 ut animus lectoris ad . . . intelligentiae accessum quasi quibusdam -bus perducatur. THEOPH. sched. 3,61 p. 113,21 ad similitudinem -us (-i *H*). *al. v. et p.760,41.* **C** *in imag.:* WILLIB. Bonif. 6 p. 27,28 summum oboedientiae -um implere. 7 p. 36,12 aetatis. WALAHFR. Gall. 1,25 p. 303,15 qui . . . -um (*cf.* WETT. Gall. 25 p. 270,14 eminentiorem locum) ascendit, . . . ut *eqs*. ALFAN. premn. phys. 3,39 p. 58 -us (*PG 40,608A* τοὺς . . . βαθμούς) . . . animarum et ascensiones et descensiones. EPIST. Hann. 37 p. 79,23 ubi assiduus amplexus et ille imus dulcis in amore -us. *saepe.* **D** *in alleg.:* ALLEG. dom. 21 considera eius *(domus Christi)* -us, invenis septem, hoc est interrogare humiliter *eqs*. HONOR. AUGUST. gemm. 3, 112 septem -us sunt in baptismo, tres in descensu ob tres renuntiationes *eqs. saepe. v. et p.758,49.* de XV *-bus virtutum:* DHUODA lib. man. 6,4,3 septem . . . dona sancti spiritus et octo evangelistarum beatitudines ter quinos -us computantur ad summum. 6,4,44 per quindecies -uum militando. *saepe*. **E** *proverb. (cf. H. Walther, Proverbia nr. 23589):* THIETM. chron. 3,14 quanto alcior -us, tanto gravior fit casus. OTLOH. prov. Q 63 quanto altior -us, tanto profundior casus. *al.* **F** *meton.:* **1** *pulpitum – Kanzel, Lesepult:* LEO MARS. chron. 3,18 p. 384,30 -um (-u *S*) . . . ligneum . . . extra chorum in ambonis modum . . . constituit *Desiderius*. **2** *in iunctura* XV -us *i. q. psalmus gradalis – Stufenpsalm:* ORD. Rom. 10,48 cantaturi sunt *subdiaconi* XV -us. HONOR. AUGUST. sacram. 55 quindecim -us in vespertinali officio includuntur. ANNAL. Rod. a. 1141 p. 715,29 dicebantur aput nos ante nocturnos quindecim -us tripertiti cum collectis tribus *(de re v. A. Schmidt, Zusätze als Problem des monastischen Stundengebets im Mittelalter. 1986. p. 9sq. et passim)*. STATUT. ord. Teut. p. 120,10 ante matutinas, quando incipiuntur quindecim -us. *saepe. in titulo libri (cf. p.763,60):* CATAL. biblioth. A 6 p. 21,3 (a. 1085/1101) super XV -us psalmorum. A 46 Augustinus super quindecim -us (*item* B III p. 82,5). *saepe.* **G** *translate:* **1** *gener.:* **a** *gradatio – Abstufung, Grad:* LAMB. LEOD. Matth. I 2363 his tribus exscindi -bus natura probatur, namque perit gressu, mox corpore, postea sensu *eqs.* EPIST. anon. (MG Lib. Lit. III p. 19,18) religionem relinquentium vocabulum est 'apostata', quia, licet V inter se -uum differentiis distent, tamen *eqs*. ALBERT. M. animal. 1,198 quod 'inter ipsum *(umorem)* et sanguinem

[Pörnbacher]

1 *proprie de motu locali:* **a** *dirigere – steuern, (in eine bestimmte Richtung) lenken:* **α** *de nave:* HERBORD. Ott. 3,17 p. 178,15 quod in pacatissimo amne vix conto -ta unam personam portare sufficeret *(sc. alnus). v. et p.857,68.* **β** *in imag. et per compar.:* VITA Lupi Trec. 3 (MGMer. VII p. 296,16) clerum . . . suum . . . habenis iusticiae . . . -bat. UFFING. Ida 1,1 imperator Karolus . . . multarum . . . gentium frena . . . -bat. WALTH. SPIR. Christoph. II 1,266 te . . . -ante *(sc. cymbam)* ripam reparamus utramque *eqs.* 4,243 cuius *(summi regis)* sancta fides . . . corporis et mentis clavum ratione -ans *eqs.* ALBERT. M. summ. theol. I 17,68,2 p. 701a,45 dispositioni . . . fatali . . . subiacent sidera, quia per illam -antur et in esse et in motu et in effectu. *v. et p.859,1.* **b** *ducere – (an)führen:* **α** *de militibus:* CHRON. Fred. 2,40 Aurilianus Tetrico apud Catalaunis exercito go-antem Gallias recepit. HIST. de exp. Frid. imp. p. 84,21 secundam *(aciem)* ipse *(imperator)* -vit. *al.* **β** *de animalibus:* LEG. Lang. p. 152,8 (s. VIII./IX.) eas *(sc. boves et caballos)* menare sicut et suas proprias et gov-are (-are *var. l.*). **c** *advehere, deferre – hinschaffen, (ab)liefern:* CHART. Ticin. 116 p. 81,16 (a. 1227) Albertus . . . debet dare et consignare et -are omni anno fictum in monasterio sancti Abundi (p. 81,23. 26. *cf.* p. 82,1 dare et conducere). **d** *pari momento libratum tenere – im Gleichgewicht halten, ausbalancieren:* LIUTPR. antap. 6,9 pondere non dispari lignum, per quod ascenderant, -bant *(sc. duo pueri).* **2** *translate:* **a** *regere, moderari, administrare – lenken, leiten, führen, regieren, verwalten:* **α** *spectat ad rem publicam:* LIBER hist. Franc. 51 Plectrudis . . . cuncta -bat sub discreto regimine. WALAHFR. carm. 88,20 ut in sacro moderamine sceptra -es *(sc. rex).* TRAD. Patav. 112 Heinrico . . . regnum Bavuariorum -ante in Christo. VITA Heinr. IV. 2 p. 13,23 quae *(Agnes)* una cum filio rem publicam pari iure -vit. DIPL. Pipp. 33 p. 46,28 (spur.) regem . . . recte decet -are subditos. HELM. chron. 22 p. 45,27 Ordulfus ducatum *(sc. Saxoniae)* suscepit -andum. CHART. Gosl. II 30 (epist. papae) sine consensu Romanum imperium pro tempore -antis. *persaepe. v. et p.857,68.859,10.70.* **β** *spectat ad res eccl.:* WETT. Gall. 24 p. 269,24 Deus . . . det nobis pontificem ad regendam plebem et -andam e c c l e s i a m suam (VITA Mathild. II praef. p. 146,17. CHART. Eichsf. 206 p. 123,5. *persaepe*). CAPIT. reg. Franc. 196,13 in -andis congregationibus sibi *(sc. episcopis)* subiectis, canonicis videlicet, monachis et sanctimonialibus. FORM. Patav. 6 illud *(monasterium)* possidere atque -are. DIPL. Ludow. II. 34 p. 136,29 ut . . . universa . . . ad prefatum monasterium pertinentia Gisla filia nostra . . . gur-et. RIMB. Anscar. 22 p. 48,4 Bremensem suscepit diocesim -andam. DIPL. Karoli III. 149 p. 241,23 ut . . . monachi . . . eligant *(sc. abbatem)*, qui eos regulariter -are possit. *persaepe.* **γ** *spectat ad creaturam a Deo -tam:* CARM. Paul. Diac. app. I 10,11 (ed. Dümmler p. 98) ipse *(sc. Christus)* . . ., princeps mitis . . ., te *(sc. Karolum Magnum, ut vid.)* . . . sine fine guv-it. HRABAN. carm. 11,57 qui *(sc. Deus)* triplex simplex caelorum sceptra -as. WALAHFR. carm. 67II,1 pervigil aeterna mundum pietate -ans, trine Deus. CARM. Cantabr. A 10,16,2 trinus Deus . . . nos conservet et -et. DIPL. Loth. III. 22 p. 33,20 regni mei administrationem Deo -ante dispensari cupio. CHART. Heinr. Leon. 88 p. 131,19 qui *(Deus)* cuncta iuste -at. *persaepe.* **δ** *usu vario:* CONC. Karol. A 1,7 iuxta regulam sancti Benedicti . . . vitam propriam -are. RADBERT. corp. Dom. 20,65 quatinus . . ., quod praeminet in nobis vegetatum celesti dulcedine, illud regat et -et (-etur, -it *var. l.*), quod inferius est. ALFAN. premn. phys. 2,95 p. 46 hanc . . . esse animam *(sc. totius)*, quae -at (*PG 40,580C* διακυβερνῶσαν) totum. DIPL. Conr. III. 194 quatinus pueritiam eius *(filii nostri)* -are et regere tua *(sc. Wibaldi abbatis)* non desinat prudentia. HINCM. ord. pal. 232 tam in spiritalibus quamque et in saecularibus atque corporalibus rebus per hos ministros . . . -batur *palatium*, videlicet *eqs. al.* **b** *de munere, officio i. q. gerere, exercere – innehaben, ausüben:* NOTKER. BALB. gest. 1,8 p. 11,18 duo molinariorum filii . . . praeposituram Bobiensis monasterii unus post unum . . . -verunt (rexerunt *var. l.*). WIPO gest. 1 p. 10,9 Treverensem . . . archiepiscopatum -vit Poppo. CHART. Mog. B 93 p. 98,24 imperium -ante imperatore Friderico. CHART. Carniol. II 393 p. 300,21 ab eo tempore, quo pater eorundem *(heredum)* in Lok officium *(sc. officialis)* -vit. *al.* **c** *(pro)curare, curam gerere – walten (über), Sorge tragen (für), sich kümmern (um):* DIPL. Karoli III. 60 si peregrinorum et sustentacula pauperum solita provasione *(sic A)* -amus, plurimum nobis . . . prodesse confidimus. WIPO gest. prol. p. 7,8 nostri catholici reges . . . legem ac pacem Christi . . . sine periculo erroris -ant. OTLOH. Magn. 25,4 episcopus Tozzo . . . eius *(sc. beati Magni)* cenobium semper cum omnibus necessariis rebus adiuvit disponens ea, que ad ipsum monasterium iure pertinebant, sed et divina officia cum clericis et luminaribus -ans. *al.* *de re familiari, facultatibus i. q. servare, tueri, custodire – (be)wahren, aufrechterhalten, wachen (über):* LEG. Wisig. 6,5,13 omnem . . . facultatem ipsius *(sc. patris exsiliati)* . . . tueantur adque -ent *(sc. filii) eqs.* LEX Raet. Cur. 3,17,2 ad . . . infantes tutores mittere, qui ipsorum res co-ent (-ent *var. l.*). 3,17,3 mulier, si post mortem mariti sui tutilla de res filiorum suorum voluerit reciperi ad c-andum (-andum *var. l.*). 3,18 res de ipsos nepotes suos recipere ad go-andum (-andum *var. l.*). *ibid. saepe.* **d** *sustentare, nutrire, alere – er-, unterhalten, versorgen:* LEG. Wisig. 12,2,14 p. 421,4 quantum illis *(mancipiis)* sufficere ad excolendum vel -andum se invenerit conparantis electio. DIPL. Pipp. 16 p. 22,24 inopibus et pauperibus . . . -are atque educare. AGNELL. lib. pont. 104,24 sunt nonnulli *(episcopi)*, qui . . . dono . . . ecclesiae concesso canes nutriunt, pauperes proiciunt, aucupes -ant. ALFAN. premn. phys. 24,2 p. 145 tria haec, hoc est vena, arteria, nervus, existentia a tribus principiis animal -antibus (*PG 40,697B* διοικουσῶν) *eqs.* BENVEN. GRAFF. ocul. B 27 p. 48,11 quod . . . medicetis eum *(sc. oculum percussum)* cum clara ovi, quia simile nutrit et -at suum simile *eqs. al.* **e** *disponere – regeln:* DIPL. Conr. II. 24 liceat . . . abbati . . . res monasterii ordinare, intus seu foris omnia iuxta consilii sui provisionem decenter, congrue et utiliter -are. **f** *perpetrare – vollbringen, -führen:* CARM. de nat. animal. 1237 ut leo sunt *grifones* fortes, quia fortia facta -ant.

adi. **gubernatus,** -a, -um. *t. t. alch. i. q. sulphure praeparatus, sulphuratus – mit Schwefel vorbehandelt, geschwefelt:* TURBA phil. 12 p. 120,19 ut argentum vivum, quod est ex masculo, capiatis et super aes vel ferrum -um (*cf.* p. 191 adn. 6 θειωθέντι) ponatis, et dealbabitur. p. 120,25 argento vivo -o omne corpus dealbatur.

gubernum, -i *n.* *custodia – Obhut:* CHART. Ticin. 124 p.

[Antony]

99,27 (a. 1233) quas *(libras centum octo)* . . . magister Nicolaus . . . domino abbati dederat in depositum seu -um.

gubio *v.* gobio. **gubitus** *v.* 1. cubitus.

gubrunes *v.* crabro. **guburnatio** *v.* gubernatio.

guctatim *v.* guttatim. **guculo** *v.* cuculo.

guculus *v.* cuculus. ***guduniarius** *v.* *cydon(i)arius.

***guelfus,** -i *m.* (*theod. vet.* welpf) *catulus, pullus – Welpe, das Junges:* HIST. Welf. 2 imperator . . . eum *(virum)* taliter affatur: 'pro -o, qui vobis natus est, repatriare festinatis?' (*cf. ibid. pro nom. propr.:* placuit omnibus, ut . . . Romano nomine refutato G-um eum *[Katilinam]* deutonice nominarent). *Antony*

***guera** *v.* *guerra. ***guerantia** *v.* *guarandia.

***guercius,** -a, -um. *(ital.* guercio *a langob.* dverh; *v. Battaglia, Dizionario. VII. p. 150 et Meyer-Lübke, REW*[3] *nr. 2812) strabus, limus – schielend:* MOSES PANORM. marisc. 2 p. 147,15 quando equus est -us de uno oculo vel de duobus; . . . quando est -us de duobus oculis *eqs.* *pro cognomine:* ANNAL. Ianuens. III p. 4,1 Willielmus G-us. *Weber*

***guerens** *v.* *guarens. ***guerentia** *v.* *guarandia.

***guerentio** *v.* *guarento. ***guerentisator** *v.* *garentizator.

***guerescus,** -i *m.* *(ital. vet.* guidareso, guideresco *a langob.* widarrist; *v. Battaglia, Dizionario. VII. p. 164 s. v.* guidalesco *et Meyer-Lübke, REW*[3] *nr. 9530) pars (alta) dorsi equorum collo et scapulis confinis – Widerrist:* MOSES PANORM. infirm. 20 p. 121,2 si apostema fuerit in dorso equi vel in spatula vel in -o vel occaxione selle. *cf.* *guare(n)sis. *Staub*

***guerio** *v.* *guerrio. ***gueripio** *v.* *guerpio.

***guernimentum** *v.* *guarnimentum.

***guerpina,** -ae *f.* (*guerpire) *condonatio, cessio, traditio – Abtretung, Überlassung, Übereignung:* CHART. Laus. 130 p. 148,30 (a. 1213) quod dictam -am et donum et feodum faceret *Raymundus*. 231 p. 222,13 huic . . . -e et donationi ego . . . comes . . . et filius meus prebuimus assensum. 489 p. 422,9 pro -a et quitacione. 735 p. 594,31 de dono et -a.

***guerpio** (cur-, gur-, guar-, -ripio) *vel* ***werpio** (vue-, uue-, ve-, vor-, vur-, war-, wir-, -puo *sim.*), -ivi *vel* -ii, -ire. *(got.* wairpan, *prov. vet.* guerpir; *cf. Stotz, Handb. 1,III §32.4 et A. Sousa Costa, Studien zum Althochdt. 21. 1993. p. 239qq.) form.: perf.:* -iviv(i): *l.44.* -pi: *l.66.* -pui: GESTA Mett. cont. I 4 *(var. l.). coniug. I.: l.54.p.864,1.11.*

I *proprie i. q. iactare – werfen (de re v. HRG V. p. 1266 sqq. s. v. 'Werfen'):* CHART. Carinth. III 541 p. 220,10 (a. 1107) cultellum et festucam . . . atque ramum arboris wa-vivi et expulivi me exinde foras.

II *translate i. q. dimittere, renuntiare, resignare – aufgeben, verzichten (auf), Verzicht leisten:* **A** *t. t. iur.:* **1** *c. acc. vel enunt.:* **a** *in univ.:* CAPIT. reg. Franc. 28,3 omnem iustitiam et res proprietatis . . . gurpivit atque proiecit *Tassilo dux*. FORM. Flav. add. 6 omnia wi-vit. ADEMAR. hist. 3,66 l. 84 *(add. AL)* curpivit *Willelmus* Vasnacum boscum. DIPL. Conr. III. 75 p. 133,35 quicquid . . . exigebat, . . . dux ipse wi-vit. CHART. Lamb. Leod. 281 p. 358,5 allodium . . . resignavit *Uda* . . . et illud w-avit *saepius*. **b** *accedente dat. vel* ad, in *c. acc. (vel abl.) i. q. cedere, tradere – abtreten, übergeben, übereignen:* FOLCUIN. Bert. 1,29 p. 49,29 (chart. a. 723) totum atque integrum *(sc. quae possideo Rigobertus)* de iure meo in iure et dominatione *(sc. monasterii)* . . . per festucam tradidi atque vv-vi. CHART. Basil. A I 203 quicquid iuris habebam *(sc. comes)* . . ., in manu . . . archiepiscopi . . . -ipivi. HONOR. III. registr. 21 p. 18,16 debet dominus W. . . . reddere feodum suum et g-ire ad opus domini comitis. CHART. Laus. 913 ve-vit *P. Escarinas* medietatem . . . casalis capitulo. CHART. Basil. A II 253 p. 330,20 g-vit *Iohannes* in . . . elemosinam . . ., quicquid habebat. *persaepe. v. et vol. II. p. 94,11.* *adde:* TRAD. Altaerip. 40 (a. 1174) domui Alteripe . . . g-pirunt *Humbertus et Osilius* in campis, in pratis; . . . habuerunt . . . pro hac -cione sex solidos *eqs.* **2** *refl. i. q. decedere de (bonis suis) – sich (seines Besitzes) entäußern:* ACTA reg. Burgund. 10 p. 109,12 (a. 908) quod . . . se in omnibus recrediderunt et vue-erunt *venatores et supersilvatores*. DIPL. Otton. III. 411 p. 845,33 se ipsi, Rolend et Ubertus . . ., mater et filio, exinde wa-verunt. LEG. Lang. p. 595[b],15 adde: 'warpi te' (warpire, warpuate *var. l.*). CONST. imp. I 444 p. 655,14 me exinde foras expuli, gua-vi et absentem me feci *(sc. Matilda comitissa)*. CHART. Carniol. I 67 p. 74,34 nos exinde foris expellimus, wa-vimus (unarpivimus *ed.*) et absasno fecimus. *al.* **3** *absol.:* CHART. Lamb. Leod. 72 (a. 1190) vo-verunt omnes *(sc. Albricus eiusque propinqui)*. CHART. Argent. 10 (MIÖG 29. 1908. p. 589,27) vendidisse Borchardum militem . . . alodium suum . . . wi-entibus omnibus heredibus et coheredibus suis. **4** *c. abl. i. q. desistere – Abstand nehmen (von):* FORM. Marculfi 2,18 nos ipsa causa per fistuco contra te visus sum w-isse (verpasse, vurpasse, vi-, uui- *var. l.*). **B** *gener. i. q. deserere, relinquere – verlassen, aufgeben:* CHRON. Sigeb. cont. Aquic. a. 1200 Iohannes rex Anglorum g-vit castella Wilcassini pagi, Gisortium . . . et alia. *cf.* *awarpio.

***guerpitio** (-cio), -onis *f.* (*guerpire) *cessio, traditio – Abtretung, Übereignung:* TRAD. Altaerip. 69 (ante 1173) ut predicta -cio imperpetuum firma esset. CHART. Lamb. Leod. 287 quicquid facere poterat *Balduinus miles* de -e ipsius feodi. 576 p. 127,22 facta . . . -e et effestucatione bonorum. *v. et p.863, 67.*

***guerra** (gewe-, ge-, gve-, gwe-, guera) *vel* ***werra** (vue-, vve-, ve-, wera), -ae *f.* *(germ. vet.* werra; *cf. A. Sousa Costa, Studien zum Althochdt. 21. 1993. p. 293sqq.) script.:* qu-: *l.42.* garr(a): *l.44.* werrh(a): *p.865,17.*

bellum, arma – Krieg, kriegerische Auseinandersetzung, Fehde: **1** *strictius:* **a** *in univ.:* **α** *usu communi:* RUODLIEB II 63 fit grandis vv-a. BENZO ad Heinr. IV. 6,6 p. 572,25 (vs.) amplius non erit vu-a, sed pacis perhennitas. CHRON. Gozec. 2,16 gw-a (w-a, g-a *var. l.*) nimia omne regnum tenuit. DIPL. Constantiae 63 p. 199,9 que *(casalia)* occasione g-e . . . fuerunt obstructa. CHART. Rhen. med. III 1508 g-a communis, que dicitur lanthere. ANNAL. Plac. a. 1251 p. 505,4 incepta est guera inter milites et populum. *persaepe. v. et p.865,66.* **β** *inter imperatores, reges, civitates sim.:* VITA Ger. Bron. 21 p. 671,54 orta est non parvae perturbatio w-ae inter summates Austriae ac Neustriae. VITA Karoli M. 2,9 existimabat *Constantinus* . . . eum cum aliquibus g-am habere. ANNAL. Ven. a. 1107 (MGScript. XIV p. 70,40) wera fuit inter solam Veneciam et Ravennam et Paduam et Tervisum. REGISTR. Pant. Col. 27 p. 149,28 cum monasterium . . . iacturam quorundam bonorum suorum propter communem sanctae ecclesiae q-am et propter alios casus . . . sustinuisset. RICHER. SENON. gest. 3,14 p. 293, 37 rex Anglie habebat garram cum rege Francorum. *persaepe.* **γ** *inter homines privatos:* CHRONOGR. Corb. p. 60,7 w-a inter ipsum *(Wolcuinum)* et domnum Heinricum . . . oborta. CHART. select. Keutgen 90,9 si bellum vel verra fuerit inter aliquos *eqs.* GESTA Trev. cont. II 9 p. 379,30 hii *(comites)* pro Bunnensi comitatu diu g-am ad invicem habuerant. CHART. Stir. II 173 p. 257,26 quod *(damnum)* hospitali . . . in gv-a contra dominum Hertnidum . . . habita fecerat *dominus Herrandus*. CHART. Turg. II 107 p. 369,7 comes nolens habere gew-am adversus filium suum. *persaepe.* **δ** *pro cognomine:* CHART. Ital. Ficker 124 p. 166,32 (a. 1156) comes Guidog-a. OTTO FRISING. chron. 7,209 p. 356,7 pro comite Guidone G-a (vv-, gw- *var. l.*). gest. 2,35 p. 143,25 quod Gwidonem comitem . . . cognomento G-am (Gwerr. *B*) . . . comprehendere . . . ausi sint *Spoletani*. LIGURINUS 4,238 G-a viro cognomen erat. CHART. Mog. A II 652 p. 1063,3 Hermannus W-a. **b** *pugna, proelium – Kampf, Gefecht:* CHART. Neocell. Brixin. 97 p. 141,33 (a. 1271) si quando aliqua prelia vel g-e deinceps orte fuerint. *in imag.:* CAES. HEIST. mirac. I 4,94 p. 260,36 diabolus . . . per quandam sanctimonialem . . . tantam g-am in eius *(iuvenis)* corde movit . . ., ut *eqs.* **2** *latius:* **a** *inimicitia – Anfeindung:* DEDIC. Trev. (MGScript. XV p. 1272,25; s. XI.) propter gw-arum longa disturbia, que . . . per Adelberonem . . . tam in clerum quam in populum . . . grassabantur. TRANSL. Annon. 2 p. 8,11 ob plurimas g-as, quas ecclesia Sygebergensis . . . sustinuit. GISLEB. MONT. chron. 33 p. 60,14 qui *(comes)* multos labores et g-arum insultus . . . passus est. *al.* **b** *tempora belli – Kriegszeiten:* EPIST. Wibald. 420 quae possideo *(sc. comes de Salmes)*, in pace et in g-a vobis sicut mihi pa-

[Weber]

rata semper suberunt. CHART. Tirol. 329 p. 163,35 tam in w-a quam in pace aperiantur *castra*. 1054 p. 100,33 tam in pace quam in wera (*item* ROLAND. PATAV. chron. praef. p. 5,6). *v. et l.65.* **c** *locut.* -a recreduta *i. q. indutiae – Waffenstillstand, -ruhe:* DIPL. Frid. I. 356 p. 200,32 nec imperator nec ipsi *(principes)* facient ... vel treugam vel g-am recredutam sine parabola omnium consulum Pisanorum *(inde* CONST. imp. I 333,7. II. 37,6. *ibid. al.)* **d** *lis, iurgium – (juristischer) Streit, Meinungsverschiedenheit, (juristische) Auseinandersetzung:* BERNOLD. CONST. chron. a. 1097 p. 465,13 marchio ... magnam ... w-am suis filiis de rebus suis dereliquit. CHART. Mog. A I 562 p. 474,41 ut deinceps omnem w-am ad unguem excluderem *(sc. archiepiscopus).* TRAD. Weihenst. 114[b] pro his prediis fecit nobis *(sc. monachis)* w-am ... Rudigeri soror. TRAD. Wessof. 72[a] Ita multas gw-as ... cenobio intulerat. ACTA imp. Winkelm. I 658 p. 525,42 neutra pars alteri gerram movebit. CHART. civ. Erf. 158 super omni w-ha et rancore, quem habebamus *(sc. comes eiusque pater)* ad ipsam *(civitatem). saepius. fort. huc spectat:* CHART. Carinth. IV 2287 p. 316,42 (a. 1244) quod, si domum vel agros in guu-am domui Victoriensi fecerit *Cunradus*, alterum, quod vacat gw-a, ... ad domum redeat Victoriensem.

***guerrarius** *vel* ***guerrerius,** -i *m.* (*cf. ital. vet.* guer(r)ero; *v. Battaglia, Dizionario. VII. p. 158[b]sq. s. v. 'guerrièro'*) *miles, stipendiarius – Soldat, Söldner:* ANNAL. Ianuens. III p. 19,11 cum ... omnes dicti -erii armati irent. CHART. Hans. 356 p. 117,12 mercatores nostros ... a vestris *(sc. civitatis Lubiciensis)* hominibus et vestris -ariis conducticiis sustinetis spoliari.

***guerregio** (ge-), -are. (*francog. vet.* guerreier, *ital. vet.* guerregiare) *belligerare – Krieg führen:* ACTA imp. Winkelm. I 630 p. 507,30 (a. 1233) Guillelmus ... possit valere de ... castro domino comiti provincie ge-ando et placitando.

***guerrentia** *v.* *guarandia. ***guerrerius** *v.* *guerrarius.

***guerrifer,** -era, -erum. *qui bellum infert, bellicosus – kriegbringend, kriegstreibend:* CONST. imp. II 263,1 (a. 1245) nec amicabiliter ˹ductore procurante -o˺ (doctore p. gratifico *var. l.*) voces pacificas exaudivit *pontifex Romanus.*

***guerr(i)o** (gwe-, ge-, guer(i)o) *vel* ***werr(i)o,** -avi, -are *vel* -ivi, -ire. (*guerra, *werra, *germ. vet.* werran; *cf. A. Sousa Costa, Studien zum Althochdt. 21. 1993. p. 296sq.*)

1 *trans. i. q. bello persequi, aggredi – bekriegen, befehden, angreifen:* CAPIT. reg. Franc. 270,9 Karoli ... regnum illi non forconsiliabo neque w-ibo. LAMB. ARD. hist. 150 p. 639,17 ad g-iandum regem Francie. CHRON. Basil. a. 1050 p. 292,8 ex hiis ... sacris gw-iebat *Anacletus* Frangentium-panes et adiutores Innocentii; et Frangentes-panes gw-iebant eum ex pecunia ..., quam *eqs.* CHART. Rhen. inf. II 404 p. 218,2 si ... forte ipse nos *(sc. comites)* guerraverit archiepiscopus. ANNAL. Plac. a. 1235 p. 472,3 maior pars militie ... populum et civitatem gueriabant. *al.* **2** *intrans. i. q. belligerare – Krieg, Fehde führen:* HUGO METELL. carm. 140 (MG Lib. Lit. III p. 719) rex Constantius sua regia non feodavit sed neque Silvestrum secum guerrare (guerare *var. l.*) rogavit. RAHEW. (?) gest. app. a. 1169 p. 350,23 Lodewicus rex Franciae et Heinricus rex Angliae invicem gwerrant. CHART. Lux. I 550 p. 775,21 si comes Flandrie et ... episcopus de Verduno et comes Campanie inter se in propriis personis gu-iaverint. CHART. Rhen. inf. II 185 si ipse *(Otto dux)* gerrare voluerit. CHRON. Saxon. (MGScript. XXX p. 29,16) qui *(Adulfus)* veniens in auxilium ducum Saxonie ... contra ecclesiam Magdeburgensem werrancium. *al.*

***guerrizo** (ve-), -are. *tempus belli transigere – die Kriegszeit verbringen:* CHART. Tirol. 1055 p. 101,32 (a. 1237) licitum sit ... comiti Egoni et suis heredibus ... castrum in omnibus negotiis eorum apertum, videlicet in werra vel aliis modis ... et ibi, dum werra durabit, per mare habeant, unde inde v-are debeant.

***guesselis,** -is *subst.* (*?theod. vet.* wisel(e)) *mustela – Wiesel:* ALBERT. M. animal. 22,104 -es vel roserulae vulgariter vocantur mures quidam.

***gueta** *v.* *guaita. **gufa** *v.* cufa. **gugeres** *v.* iugerum.

?***gugia.** (*?arab.* kīya; *v. Siggel, Arab.-dt. Wb. d. Stoffe. p. 64) ?species mastices – ?Mastix(harz)art:* ANTIDOT. Glasg. p. 145,11 addis ... mastice VI, -a VII, opobalsamo IV.

gugma *v.* gummi.

?***gugo,** -are. *orig. inc.* (*ni subest theod.* gucken) *fort. i. q. inspicere, probare – viell.: schauen, prüfen):* RECEPT. Sangall. I 141 herba maleficia proice et ter -a, si ossa non habuerint.

gugulus *v.* cuculus. **guiarabica** *v.* gummi.

***guida** *vel* ***wida** (vida), -ae *f.* (*guidare, *cf. ital.* guida; *v. Battaglia, Dizionario. VII. p. 161[c]sqq.*) **1** *ductus, dux (belli) – Führung, (militärischer) Anführer:* ANNAL. Ianuens. I p. 33,17 de quibus galeis Caffarus consul fuit -a. p. 65,11 quibus *(galeis)* Ansaldus Guaraccus ... -a fuit et capitaneus constitutus. II p. 39,16 quibus *(galeis)* fuerunt Bellusbrunus et Rolandus ... consules, maiores et -a constituti. **2** *tributum pro (securo) conductu (vel transitu) solvendum – Geleitgebühr, Wegzoll:* DIPL. Frid. I. 441 p. 339,15 ut ... habeant *consules Ferrariae* ... g-as et tansas omnes a flumine Tartari usque ad mare. 455 p. 358,39 nec cogantur *mercatores Papienses* dare maiorem vidam vel tensam vel pedagium. CHART. Ital. Ficker 153 p. 194,10 nullus Perusinus dabit g-am aut silquaticum vel passagium. *al.*

***guidagium** (ginova-, guina-) *vel* ***widagium** (viena-, vinoa-, wiona-, win(o)a-, winog-, ?winagisum) *vel rarius* ***guidaticum,** -i *n.* (*guidare) *tributum pro securo conductu (vel transitu vel tuitione) solvendum – Geleitgebühr, Wege-, Schutzzoll:* **1** *proprie:* HIST. Torn. 3,6 (MGScript. XIV p. 335,1; s. XII.[med.]) episcopo delegavit *Chlodovicus* ... wion-a plaustrorum ..., que venalia in civitatem afferunt. CHART. Traiect. 574,5 quadringentas libras winagii dominus Willelmus tenebit (*inde* HONOR. III. registr. 21 p. 17,42 guin-i). CHART. Rhen. med. III 93 ab omni thelonio seu vien-o (*sim.* 562 winagio). CHART. Helv. arb. 38 p. 64,34 nec ab illis *(transeuntibus)* permittat *episcopus* exigi nomine pedagii, g-gii vel usagii. HIST. Walc. cont. 21 pro quo *(anniversario)* habemus ad ginov-um suum *(sc. advocati)* quadraginta solidos alborum. CHART. Basil. A I 396 (epist. papae) winogia ... solvere. CHART. Ulm. 65 (dipl. Rud. Habsb.) winoagia ... solvere. CHART. Dortm. 147 ut ab omnibus ... w-orum prestationibus immunes esse debeant *cives Tremonienses.* **2** *meton. i. q. ius exigendi tributi pro securo conductu (vel transitu vel tuitione) praestiti – Recht zur Erhebung einer Geleitgebühr, eines Wege-, Schutzzolls:* DIPL. Frid. I. 911p. 172,27 cum ... banno et pedagio, iustitia atque g-tico *(ci., giu- ed.).* CHART. Helv. arb. 93 p. 150,23 gardas ..., g-gia et conducta ... dimittere. *al. fort. huc spectat:* CHART. Traiect. 566 p. 31,13 (a. 1204) winagisa ad homines comitis pertinentia quita clamavi et libera.

***guidator,** -oris *m.* (*guidare) *dux – Anführer:* CHART. Ticin. 111 p. 66,19 (a. 1222) de ... dicta decima dico et statuo, ut Albricus ... sit administrator et -r.

***guiderdonum** (-dar-) *vel* ***widerdonum** (wirar-, widhar-), -i *n.* (*germ.* widar, wider *et* donum; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. XVII. p. 577sq. s. v.* *wiðarlôn; *v. Stotz, Handb. 1,IV § 75.13) acc. sg.* -onem: *l.58. adde* LEG. Lang. p. 353[b],13. p. 439[a],2. *abl. sg.* -one: CHART. Sangall. B 438.

t. t. iur. i. q. remuneratio, retributio – Gegengabe, Vergeltung(sgabe): LEG. Lang. p. 335[b],52 ut facias *(sc. Martinus)* sibi *(sc. Donato)* w-em. p. 649[b],21 launigild i. wira-um. CHART. Ticin. 10 p. 30,14 solvere omne d i s p e n d i u m et g-um (114 p. 76,15 de ... disspendio et g-ardono. *al.*). COD. Wang. Trident. 2 p. 678,10 pro widha-o servicii. CHART. Bund. 903 pro dono seu g-o. *al.*

***guido,** -are. (*got.* wīdan, *prov. vet.* guidar; *cf. Wartburg, Frz. etym. Wb. XVII. p. 600sqq. s. v.* *witan; *v. Stotz, Handwb. 1,IV § 75.9) ducere, gubernare, administrare – anführen, lenken, leiten, verwalten:* CONST. imp. I 212,6 (a. 1162) iurabit *consul*, ut -bit et reget populum Cremonensem. 214,5 -bunt *consules* et regent populum et civitatem Lucanam. CHART. Bund. 741 p. 207,23 quod ... rector ... ecclesie Sancti Remigii teneatur ... eam regere et -are.

***Guidonicus,** -a, -um. (Guido) *praeceptis Guidonis (Aretini) conveniens – den Regeln des Guido (von Arezzo)*

[Weber]

entsprechend: RUD. TRUD. (?) mus. 1,11 p. 21 quare -um illud tetracordum superacutarum sit additum. p. 22 nisi supradictas voces -as constaret eis *(melodiis)* subvenire.

adv. ***Guidonice.** *secundum praecepta Guidonis (Aretini) – gemäß den Regeln des Guido (von Arezzo):* OTKER. mens. (VeröffMusHistKommBAdW. VII. 1989. p. 199sq.; s. X./XI.) uno latere quadrifariam diviso mensura idem latus -e; . . . mensura -e facta. WILH. HIRS. mus. 41,9 inter magadas mensus -e ponas puncta. ARIBO mus. p. 11,6 tetrachordum finalium est -e D.E.F.G.

***guillator**, -oris *m.* (*cf. francog. vet.* guile; *v. DEAF G. p. 1627sqq. s. v.* guile) *deceptor, seductor – Blender, Verführer:* CHRON. Albr. a. 1239 p. 944,17 (epist. papae) tres . . . baratores sive -es fuerunt in mundo, Moyses, Christus et Machometus *(sc. dicit imperator)*.

***guinagium** *v.* *guidagium. **guineceum** *v.* gynaeceum.

***guitarra,** -ae *f.* (*cithara, *cf. hisp.* guitarra; *v. LexMusLat. II. s. v.* guitarra) *instrumentum musicum chordis instructum (lyrae simile) – (lautenähnliches) Musik-, Saiteninstrument:* IOH. AEGID. mus. 17,3 canon et medius canon et -a et rabe fuerunt postremo inventa.

guito *v.* quieto.

gula, -ae *f.* *script.:* gola: *l.69.* -ll-: *p.868,17.* φάρυγξ, *fauces, guttur – Schlund, Rachen, Gurgel:* **I** *strictius:* **A** *proprie:* **1** *gener.:* NOTKER. BALB. gest. 1,18 p. 24,17 pistores . . . -ę i r r i t a m e n t a exquisitis artibus praeparabant (IDUNG. PRUF. dial. II 1092). ITIN. Petr. Dam. 8 nobis huiusmodi vinum *(sc. pice contaminatum)* pruritus -ae . . . commendavit. OTLOH. prov. B 23 bibere et manducare nulli concessum est ad -am explendam, sed ad famem sitimque restringendam. *al.* *spectat ad voracitatem:* CONSUET. Marb. 4 admoneatur . . . novicius, ut non sit elatus aut invidus . . ., non servus -ę. CARM. de nat. animal. 956 cui deus est venter, quem -a sola trahit. *al.* **2** *anat. et medic.:* **a** *in univ.:* RECEPT. Lauresh. 2,53 ad -e et cervicis dolorem. BOTAN. Sangall. 23,7 ad hoccinilium in -a sanacis. RICHER. REM. hist. 4,5 cui *(regi)* sanguis copiosus per nares et -am diffluebat. TRACT. de chirurg. 744 si in -a spina piscis . . . adheserit. ALBERT. M. animal. 1,366 una *(pars nervi sexti)* . . . ad -ae musculos suo protenditur itinere. *saepius. v. et vol. II. p. 169,8.18.* **b** οἰσοφάγος – *Speiseröhre:* RICHARD. ANGL. anat. I 323 dicitur *(sc. canna stomachi)* arabice meris, grece isophagus, latine -a. Ps.GALEN. anat. 12 p. 188D -a est quoddam membrum compositum ex duobus panniculis, recipiens cibum et potum intra se. p. 189B utrum ipsa -a cum ore stomachi continuetur . . .; continuatur . . . -a superius cum palato. *ibid. al.* *canna – Röhre:* FRAGM. sacram. Arnon. p. 605,15 exite *(sc. daemones)* . . . de gutture, de -a, de altera -a. **c** *ingluvies – Kropf:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 60,8 portant *aves* ad ipsos *(pullos)* escam . . ., alie . . . in gutture seu in -a, que gorgia dicitur. **B** *in imag.:* WALAHFR. imag. Tetr. 195 illa *(Iudith)* -am mortis fidei mucrone trucidans. ANGILB. carm. 3,3 (MGPoet. II p. 138) gaudet -a Cerberi. **C** *meton. i. q. edacitas, voracitas, gulositas – Gefräßigkeit, Fressgier, Völlerei (theol. de peccato mortali):* **1** *in univ.:* HRABAN. epist. 6 p. 391,18 de malo superbiae . . ., avaritiae, -ae et fornicationis. OTLOH. prov. G 23 -ae et luxuriae deditus comparatur iumentis insipientibus. CAES. HEIST. mirac. I 4,73 p. 240,31 in pugna Christi prius agitur contra -am ieiunando, per quam victus est primus homo. ALBERT. M. sent. 4,33,16 p. 305,17 -a est peccatum carnale. IOCALIS 245 raro senes ulli, qua prelia vel -a pulli. *persaepe. v. et p. 869,56.* *per prosop.:* ALDH. virg. II 2490 -a . . . ieiunii validis pellax prosternitur armis. **2** *remissius de actione edendi:* HRABAN. univ. 6,1 p. 157A -a, quae a deglutiendo nuncupata est, aliquando pro acceptione cibi vel potus ponitur, aliquando pro voracitate.

II *latius:* **A** *iugulum – Kehle:* **1** *in univ.:* RECEPT. Lauresh. 2,257 inunge . . . -am et collum et que circa -am proxima sunt. Ps. HIPPOCR. phleb. 67 incide in collo vel gola. 144 vena edalica iudicat cornilias . . . et anga et gola. GLOSS. Roger. III 573 succus feniculi butiro commisceatur et in -a ponatur. WILH. SALIC. chirurg. 2,7 p. 331D vulnera in -a cum ense . . . valde timorosa sunt. 4,1 p. 24,18sqq. omnes incisiones, quae fiunt in -a, . . . oportet evitare omnes venas -ae . . ., nam vena -ae habet sub se arteriam occultam. *saepius.* *spectat ad animalia:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 129,28 que *(maculae)* . . . sunt a -a per totum pectus usque ad ovariam. **2** λάρυγξ – *Kehlkopf:* WILH. SALIC. chirurg. 4,3 p. 30,8 sub -a . . . ordinata sunt duo ossa furculae . . .; aliud . . . caput *(sc. ossis furculae)* continuatur summitati pectoris, ubi est pixis -ae. *ibid. al.* os -ae: TRACT. de cruc. effig. 63 de nodo ad genua quantum de osso -ae ad umbilicum. **B** *collum – Hals:* **1** *proprie:* LEO MARS. chron. 59 rec. II p. 282,15 Pandulfum . . . principem . . . ferreis nexum vinculis atque in . . . ceno laci ad -am usque demersum ei *(magistro militum)* . . . ostendunt *duo monachi*. LAUR. LEOD. gest. 26 p. 506,5 illos *(hostes)* . . . ut latrones per -am captos abducit *Heinricus*. CARM. Bur. 77,15,2 tamquam massa nivea -a candescebat. ANNAL. Plac. a. 1244 p. 489,33 ipsum *(Philippum Codeporcum)* suspendi fecit *filius Guillelmi* per gullam ita, quod obiit (*sim.* a. 1270 p. 547,12). *al.* catena -ae *de osse sub -a posito ('Schlüsselbein'):* GLOSS. Roger. III 578 (nota in marg.) cathena -e est os, qui organicus in provinciali lingua colli dicitur. I B 4,2 p. 708,42 si os, quod est cathena -e, fractum fuerit (*sim.* I A 4,2 p. 709,10). **2** *meton.:* **a** *pellicium (ostro tinctum) – (purpurrot gefärbter) Pelz(kragen):* AMARC. serm. 4,200 -is vestitus dives et ostro. BRUNO MAGD. bell. 92 p. 86,21 unus ex ipsis *(iuvenibus)* . . . crusinam -is ornatam quasi furtim praecidit. ANNALISTA SAXO a. 1044 p. 387,4 delicatioris . . . vestitus . . . nulla illis *(clericis)* erat cura, ut -as, quibus nunc ardet clerus, nescirent (*ex* FUND. Hild. 4). VITA Meinw. 181 p. 103,14 quibus *(pellibus)* . . . et -is martherinis in circuitu ornatis imperatorem post balneum vigilię vestivit *episcopus*. CHART scrin. Col. A I p. 112 nr. 1 locus . . . inter venditores -arum. *al.* **b** *de hominibus:* ALBERT. STAD. Troil. 6,702 dicamus . . ., parte . . . quot strate sint ab utraque -e. **C** *de neuma quadam (ignota; de re v. LexMusLat. II. s. v. 'gula'):* TABULA neum. p. 55 -a (gura *var. l.*), gradus vel gurgulus.

***gulab(i)us** *v.* *gorab(i)us.

***gulacitas** (gol-), -atis *f.* *edacitas, voracitas, gulositas – Gefräßigkeit, Fressgier, Völlerei:* MIRAC. Eparch. 11 (MG Mer. III p. 563,3) ut non lucrum sue -is (gulositatis, voracitatis *var. l.*) adipisceret *(sc. dives)*. LIBELL. prec. Turon. add. 2 p. 64,10 peccavi . . ., de ieiuniis . . ., quod sine aliqua necessitate per meam go-em fregi. *cf.* gulositas.

***gulatus,** -a, -um. (gula) *pelliculis (ostro tinctis) distinctus, ornatus – mit (mit purpurrot gefärbten) Pelzstücken besetzt, verziert:* RUODLIEB X 124 p e l l i c i u m . . . induerat varicosum . . . circumquaque -um (XIV 90). EUPOLEMIUS 2,668 Iperfanes . . . pelles . . . -as et manicas amplas ostentans. GERHOH. ad Innoc. p. 238,38 vestis -a et splendida. CHART. select. Altmann 83,11 dabit *archiepiscopus* . . . cuilibet eorum *(militum)* pennam griseam -am cum merdrino limbo.

***gulbium,** -i *n.* (gu(l)bia, *v. ThLL. VI/2. p. 2354,16sqq.*) *instrumentum ad radendum, purgandum, decorticandum aptum – Kratzer, Schaber, Schäl-, Rindenmesser (cf. W. Horn, E. Born, The Plan of St. Gall. III. 1979. p. 108 adn. 78):* ADALH. brev. Corb. 13 p. 381,15 unusquisque habeat ad ortum excolendum . . . scalprum unum, -um unum, falcilia duo.

***gulda** *v.* gilda. **guldernosus** *v.* gutturosus.

gulfus *v.* 1. colpus. **gulgustrum** *v.* gurgustrum.

***gulitia,** -ae *f.* *edacitas, voracitas – Gefräßigkeit, Fressgier:* ALBERT. M. Matth. 11,19 p. 355,34 quod perversi signum dicunt esse -ae, filii sapientiae . . . dicunt summae sapientiae esse rationem.

gulla *v.* gula. **gulose** *v.* gulosus.

gulositas, -atis *f.* *usu plur.: p.869,19.* *edacitas, voracitas, ingluvies – Gefräßigkeit, Fressgier, Völlerei:* **1** *in univ.:* **a** *de hominibus:* **α** *gener. et medic.:* CONSTANT. AFRIC. theor. 9,37 p. 49ar humores grossi . . . nascuntur in eis *(pueris)* propter -em plurimam. LAND. MEDIOL. hist. 2,22 p. 59,43 Heribertus Teutonicorum -em et animos vino deditos videns atque cognoscens. ALBERT. M. aet. 1,4 p. 311b,33 -s . . . canina non provenit nisi ex frigiditate superflua *(cf. vol. II. p. 162,30)*. DAVID. novic. p. 342,13 disciplinate comedat *novicius* et non

[Weber]

cum -e, quasi saturari non possit. *al. v. et p.868,39.* **β** *theol. de peccato mortali:* ABBO SANGERM. serm. 10,7 propter ingluviem et -em fuit eiectus Adam de paradiso. CAES. HEIST. mirac. I 5,6 p. 286,33 prima *(sc. visio erat)* contra vitium -is. *al.* **b** *de animalibus:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 33,18 per maiorem famem et per magis avidam -em. BRUNUS LONG. chirurg. 2,7,1 p. 124[E] non dicuntur scroffulae . . ., nisi quia multum accidit porcis propter -em eorum (*inde* THEOD. CERV. chirurg. 3,24 p. 166[F]). ALBERT. M. animal. 23,136 si aliquando -e victus paleam cum grano sumpserit *passer*, strangulatur. **2** *cuppedia, luxuria – Naschhaftigkeit, Feinschmeckerei:* HERBORD. Ott. 2,41 p. 141,9 de cuius *(allecis)* sapore vel crassitudine, -is arguerer, si dicerem, quod sentio. CHART. espisc. Hild. II app. 29 p. 587,29 (epist.) non me illa refectorii *(sc. Hildesheimensis)* trahit -s. SALIMB. chron. p. 547,23 quantum subtiliata est humana -s circa comestibilium rerum appetitum respectu primitivorum hominum, qui *eqs.* **3** *voluptas – Genuss:* ALFAN. premn. phys. 1,41 p. 12 deleta perfectione per ruinam necesse fuit subintrare -es (*PG 140,516*[C] τῆς ἀπολαύσεως). **4** *aviditas – Gier:* MENKO chron. 22 p. 336,3 forma conventionis . . . propter suam et filiorum intolerabilem -em mutata est, ut reciperet *magister Everardus* ad annum XXIV libras.

gulosus, -a, -um. *script.:* gyl-: *l.47.* gulus(us): *l.28. al. metr.* gūl-: *l.29.*

I *adi. i. q. cibi vel potionis avidus, edax, vorax, palatum delicatum habens – gefräßig, (ess)gierig, verfressen, naschhaft:* **A** *proprie:* **1** *de hominibus:* **a** *in univ.:* PIRMIN. (?) scar. 27 p. 61,14 qui fuit ebriosus et -usus (-us *var. l.*), sit subrius. MODOIN. ecl. 2,110 famem demum -us spernit avarus. CAPIT. episc. III p. 225,5 sacerdotes debent esse . . . non -i, non iracundi. ALBERT. M. aet. 1,4 p. 311[b],33 est aetas *(sc. iuventutis)* -a ultra modum. CONR. MUR. summ. p. 160,11 mulier deridenda . . . poterit nominari: . . . girovaga, -a. EPIST. Worm. II 2 quid prodest exquisitis epularum deliciis -um corpus esuriente anima delectare. *al.* **b** *de deo pagano:* BERTH. RATISB. serm. exc. p. 30,20 qui *(Bachus)* totus fuit ebriosus et furiosus et -us. **c** *per compar.:* GREG. CAT. chron. II p. 215,13 multa . . . ut vorator -us . . . distrahebat *abbas.* **2** *de animalibus:* CONSTANT. AFRIC. theor. 4,3 p. 15b[v] maxime in -is animalibus. CARM. de nat. animal. 1949 illas *(escas)* . . . hic *(onocrotalus avis)* ruminat ore -o. ALBERT. M. animal. 7,24 magis -us est *(sc. mugil)* quam alii pisces. *al.* **B** *translate de rebus:* **1** *corporeis:* ALBERT. M. nutrim. 1,2 p. 327[a],23 ligna -a vel aliae plantae multam trahentia humiditatem nutrimentalem. **2** *incorporeis:* ALDH. virg. I 29 p. 266,15 ut boves . . . -a ventris i n g l u v i e voraciter gluttire soleat *draco* (36 p. 284,9. WILLIB. Bonif. 8 p. 50,30 gy-am [-am *var. l.*] ventris satiare ingluviem). II 2497 protoplaustus . . . cecidit prostratus fraude -a, dum *eqs.* LIBRI Karol. 3,23 p. 444,11 Tantalum fingunt *pictores* . . . in quodam lacu depositum eique fallacem aquam -is labia titilamentis adtingere *(ex Fulg. myth. 2,15).* ANDR. STRUM. Ariald. 17 p. 1061,4 illum . . . usum -um, qui carnales tam clericos quam laicos in sabbato sancto ad nonam cogit missarum sollemnia . . . anticipare, . . . damnabat. HILDEG. epist. 192 l. 6 iustitia montis facta est in via velut umbra per -am gulam errantium. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 33,17 per -am aviditatem.

II *subst. masc. i. q. (de)vorator, lurco – Schlinger, Vielfraß:* HEINR. AUGUST. planct. 1812 extat clamosus quasi corvus quisque -us. AMARC. serm. 1,370 cibus inmodicus facit egrotare -um. CONR. MUR. summ. p. 123,23 si . . . -us . . . de abstinentia *(sc. laudatur)* . . ., absonum est. *al.*

adv. **gulose.** *voraciter, avide – schlingenderweise, gierig:* **1** *de hominibus:* CARM. cent. 161,11 ut . . . valeas *(sc. lurco)* sorbere -e innumeros ciatos. ALBERT. M. animal. quaest. 2,20/26 p. 118,50 homines . . . -e deglutientes sunt brevioris vitae. WILH. RUBRUQU. itin. 2 p. 176,8 bibunt *Tartari* certatim valde turpiter et -e. **2** *de animalibus:* TRACT. de aegr. cur. p. 267,17 ut lumbrici . . . amara -e recipiant. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 165,2 ut aves . . . edant -e. p. 171,13 si . . . carnes non tenerentur firmiter, falco nimis avide nimisque -e posset carnes comedere

***gulpa,** -ae *m.* (*cf. nederl.* gulpen) *(de)vorator, lurco – Schlinger, Vielfraß (pro cognomine):* YSENGRIMUS 4,754 sequitur . . . G-a Gehenna Minor, hinc patruus G-ę (gribbe *var. l.; v. notam ed. p. LXXVII*).

gulphus *v.* 1. colpus.

***gulpus,** -i *m.* (*cf. anglosax.* gulp) *haustus – Schluck:* PRAECEPT. diaet. V 2 hoc mense bibe III -os vini. *cf.* gluttus.

***guls** (gulsus) *subst.* (*roman.* goulus *a* gulosus) *(de)vorator, lurco – Schlinger, Vielfraß (pro cognomine):* YSENGRIMUS 4,749 Griponis subeunt pignora . . . duo: Guls (G-us, Glus *var. l.*) Spispisa prior, post natus Gvulfero Worgram *(v. notam ed. p. LXXVII).*

***gultra** *v.* 1. *cultra. **gumba** *v.* gummi.

***gumbaria,** -ae *f.* (κο(υ)μβάριον) *genus navis (magnae) – (großes) Schiff, 'Kumbarie' (de re v. Reallexikon der Byzantinistik I. p. 414):* IOH. VEN. chron. p. 136,17 quas *(naves)* Venetici -as nominant.

gumen (cu-, gummen) *indecl. n. abl. sg.:* -ini: *l. 25.* -ino: *l.24. sucus plantarum, resina,* κόμμι *– Pflanzensaft, Gummi(harz):* **1** *natur.:* COMPOS. Luc. N 1 teris . . . aurum . . . et purgas eum . . . cum cumen liquidum. N 15 -n auri colores (*inde* COMPOS. Matr. 22 gumme). ANTIDOT. Lond. p. 18, 42sq. gummen de cereseo < II . . .; mittis dracantum et -n simul in uno in aqua. MAPPAE CLAVIC. 14 adiecto gummino trito. 52 contunde *(sc. colorem aureum)* et macera gummini liquido. *al. v. et l.43.* **2** *alch. in nomine ficticio:* ANON. epist. p. 389 -n nostrum coagulat lac nostrum et lac nostrum dissolvit -n nostrum.

***gumfano** *v.* *guntfano. ***gumfita** *v.* *confita.

gummatus *v.* *gummo.

gummi (gumi) *indecl. n. (?f.: l.63) vel* **gumma** (guma), -ae *f. (interdum indecl., e. g. l. 48)* (κόμμι, *cf. ThLL. IV. p. 1379,40sq. s. v.* cummi) *script.:* cu-: *l.68.* gomma: *l.53.* gugma: *l.67. adde* COMPOS. Luc. M 14. P 15. gumba: *l.49.* gu(i): *l.63.* -me: *l.22.44. adde* COMPOS. Matr. 20,5. 21,6. 74,5. *form.: ?gen. sg.:* com(m)eo(s): *l.45.46.63. adde* ANTIDOT. Augiens. p. 59,46. PAUL. AEGIN. cur. 7. 26. *ibid. al.* comeus: *l.44.* gum(m)eus: *l.47. abl. sg.* -o: *l.69. adde* HERACLIUS I 18,4. *coniunctim scribitur* guiarabica: *l.63. confunditur c.* gemma: *p.871,11.*

sucus plantarum, κόμμι, *resina – Pflanzensaft, Gummi, Harz:* **1** *natur. et pharm.:* **a** *in univ.:* ANON. herm. p. 101,1 -eus, id est gumen Spano. RECEPT. Lauresh. 4,78 p. 308 -e, id est rasina de edera, ~ II. ANTIDOT. Sangall. p. 94,23 comeus — I. ANTIDOT. Augiens. p. 59,38 commeos ana lib. I. p. 63,15 addis . . . commeo scissi — III. ANTIDOT. Berol. 30 p. 73,24 gumeus — V. ANTIDOT. Cantabr. p. 166,22 gumam edere sume. BENVEN. GRAFF. ocul. B 19 p. 39,39 recipe -a feniculi ℥ IV (A p. 33[a],37 -bam). CHART. Hans. 432 p. 145,9 pisa -i, quod dicitur harpois vel speghelhars, I den. *(sc. pro teloneo).* ALBERT. M. veget. 1,192 ut distillet superfluum humidum *(sc. amygdali)* cum -i. MOSES PANORM. infirm. 21 p. 122,8 accipe . . . picem seu gommam. *persaepe. v. et l.22.61. vol. II. p. 131, 40sqq. per compar.:* TRACT. de chirurg. 812 quedam materia ex ossis nutrimento superveniente quasi -a efficitur. BENVEN. GRAFF. ocul. B 3 p. 11,11 III[a] habet *(sc. species aquae glaucae oculi)* tactum sicut -a recens (A p. 17,22 guma). ALBERT. M. animal. 25,6 est *venenum serpentis* sicut -i napelli. *v. et p.871, 2.* **b** -i arabicum: TRACT. de chirurg. 376 pulverem -i arabici . . . cum pulvere fuliginis . . . commisce. ALBERT. M. veget. 1,111 quaedam plantae, quae arbores vocantur, habent -as sicut est pix de abiete . . . et thus et -i arabicum. MOSES PANORM. marisc. 14 p. 179,15 accipe . . . guiarabicam. ALPHITA C 1 comeos, -i arabicum idem, -i quando simpliciter ponitur, arabicum intelligitur (*sim.* G 35). *al. v. et l.70.* **c** *de sucino:* ALBERT. M. Is. 638,36 electrum -i quoddam dicitur *(item vol. III. p. 1166,44).* **2** *techn.:* COMPOS. Luc. M 13 gugma (-a *var. l.*) cerasi ÷ II. T 34 teres . . . c-am cum aqua. HERACLIUS I 20,2 cum -o. THADD. FLORENT. cons. 185,16 -e . . ., a quibus trahit *aqua vitae* virtutem, sunt diverse . . ., sicut . . . gumi arabici. *saepe. v. et p.871,23.24.* **3** *alch. in nominibus ficticiis:* **a** *in univ.:* ANON. aqu. 8[tit.] de aqua aurea (de -i rubeo *N*). 8 ab

oleo ipsius -i ˹distilletur, quoad candida sublimatur˺ (et faece aquam liquatam in cucurbita alembi adiecto *N*) -i similitudinem retinens. 5 p. 77 (N) marini -i speciem transformat *lapis*. **b** *de argento vivo:* TURBA phil. 13 p. 122,26 accipite . . . -am, quae ab ascocie est *(cf. notam ed. 7 p. 194)*. 18 p. 127,26sqq. philosophi in libris suis -am multipliciter narraverunt, quae nihil aliud est quam aqua permanens *eqs*. ROSIN. ad Euth. 2 p. 292 illa -a nostra esto aqua viva. *al.* **c** *de bitumine:* IOH. sacerd. 158 alkitran, id est -a, que exit de terra. **d** *de ferrumine:* ANON. tab. p. 162,28 extrahe animam eius, quae est sulphur ipsius et tinctura eius, quam vocant -am (gemmam *cod.*) et gluten auri. **e** *de chalcantho:* GEBER. summ. 76 p. 561 quod *(cupirosum)* et -a cupri aut eiusdem stillicidium nuncupatur.

***gummo,** -are. (gumma, gummi) *suco resinoso permiscere – mit Gummi(harz) vermischen, anreichern (usu absol. in imag.):* ALLEG. sapient. 27 p. 477[b],20 o prophetissa *(sc. Maria, soror Moysis)*, audivi . . ., quod cibificas, ciniveras vel -as de die tuo.

adi. **gummatus,** -a, -um. *suco resinoso permixtus – mit Gummi(harz) vermischt, angereichert:* HERACLIUS II 28 aqua -a. THADD. FLORENT. cons. 42,108 balneet membra sua exterius cum aquavite -a. 185,12sqq. -a *(sc. aqua vitae)*, aromatica et amara; -a fit ex gummis . . .; et . . . habet virtutem -am; . . . aromatica . . . fit cum aromatibus sicut -a cum gummis. *ibid. al.*

***gummositas** (gumo-), -atis *f.* **1** *natura materiae gummi continentis – gummiartige Beschaffenheit, Gummiartigkeit:* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 345,29 ignis . . . tollit -em *(sc. myrobalanorum)*. MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 373[C] ut . . . -e sua membra restringat *bdellium*. GEBER. clar. 2,68 habet *vernix* . . . virtutem congelandi ex -e sua. PS. GERH. CREM. sept. 4 p. 322,27 non videas in ipso *(igne)* -em neque molliciem. **2** *substantia gummi similis, gummi continens – gummiartige, gummihaltige Substanz:* **a** *natur. et pharm.:* MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 373[A] emplastrum de blanca et -e, quae invenitur intra anacardos. p. 380[D] arbor illa *(styrax)* incisa . . . -s quaedam emanat. CIRCA INSTANS p. 6a[r] adde -em anacardi. *al.* **b** *alch.:* GEBER. summ. 87 p. 617 Iupiter . . . tardissime inter diminuta a perfectionis complemento corpora -em illius floret. **c** *anat.:* BENVEN. GRAFF. ocul. B 3 p. 12,22 humor vitreus et cristallinus *(sc. oculi)* nutriuntur a ˹gumo-e nervorum˺ (A p. 18,11 gumo-e cerebri).

***gummosus,** -a, -um. *gummi similis, gummi continens – gummiartig, gummihaltig:* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 345, 25 mirobalani sunt -i ideoque videntur esse laxativi. MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 368[F] thus . . . -am habet substantiam, virtutem constrictivam ex viscositate. TRACT. de aegr. cur. p. 270,31 pinea -a bulliat in aqua et extracta involvatur picula. GEBER. invent. 6 p. 718 sulphur vivum clarum et -um tere.

gumphus *v.* gomphus. ***guna** *v.* *gyna. *Weber*

***gundereva,** -ae *f.* (*theod. vet.* gunderebe) *Nepeta Glechoma Benth. – Gundelrebe:* CHIRURG. Sudhoff II p. 434,12 (c. 1199) de acere, id est de -a *eqs*.

***gundola, *gundula** *v.* *gondola. ***gunella** *v.* *gonella.

gunfus *v.* gomphus. **gungulas** *v.* gongylis.

gunna, -ae *f.* *vestis (pellicia) – Kleidungsstück (aus Fell, Pelz):* EPIST. Bonif. 114 p. 247,21 parva exseniola direximus *(sc. episcopus)* tuo *(sc. Lulli)* cultui . . ., hoc est . . . coculam et -am brevem nostro *(sc. monachorum Anglorum)* more consutam. 116 p. 251,14 cultellos . . . XX et -am de pellibus lutrarum factam tuae *(sc. Lulli)* fraternitati misi *(sc. episcopus)*. EPIST. var. I 13 p. 513,26 senibus nostris -as pellicias tribuimus *(sc. monachi Cassinenses)*.

***gunnatus,** -a, -um. (gunna) *pellibus indutus – mit Fellen bekleidet:* LIUTPR. leg. 53 si coeperit *(sc. Otto imperator vindictam)* . . ., nec ipsa capiet eum, in qua ortus est, pauper et -a, id est pellicea, Saxonia *(v. notam ed.)*.

[gunsus *v.* gomphus.**]**

***guntfano** (conf-, gumf-, -alo), -onis *m.* *(theod. vet.* gundfano; *cf. G. Köbler, Wb. des ahd. Sprachschatzes. 1993. p. 498[b])* *?acc. sg.* -on: *p. 872,17.* *form. decl. II.: p. 872,10. adde* ANNAL. Plac. a. 1270 p. 544,1.

1 *strictius i. q. signum, vexillum – Fahne, Banner:* **a** *eccl.:* CHART. Rhen. med. I 120 p. 125,37 (a. 882) sunt . . . in ea *(ecclesia)* capse II, . . . -es II (*item* CATAL. thes. Germ. 97,5). HARIULF. chron. 3,3 p. 87,15 poma -um VII ex argento auroque parata *(sc. habentur in ecclesiis)*. CATAL. thes. Germ. 57,43 sunt . . . hic duo offertoriola . . . et V conf-es. ALBERT. MIL. temp. 258 duxerunt *proceres* . . . episcopum . . . cum crucibus et conf-bus et sacerdotibus. *ibid. al.* **b** *milit.:* ACTA imp. Winkelm. I 612,2 (a. 1228) vidi signa Mediolanensium, videlicet vexilla et conf-os. ANNAL. Mediol. a. 1213 (MGScript. XVIII p. 392,10) tulerunt *Cremonenses* ei<s> *(Mediolanensibus)* carozolum et biuram et XXXVI conf-es. ALBERT. MIL. temp. 239 p. 512,32 desuper dorsum . . . elephantis erat unum carocium bene armatum et cum uno confalone in medio edificii dicti carocii. **2** *latius i. q. stragulum (pictum) – (bestickte) Decke:* ABBO SANGERM. bell. 3,17 effipiam diamant, stragulam (gloss.: vestem pictam vel gumfanon) pariterque propomam.

